debet hic coniungi in. j. uerum. ¶ In glo. tantum quia dixit dari ibi appellatur. dic & hoc procedit prout intelligitur ibi in obligationibus facti habet tamen plures lecturas de quo per Bar. in. l. fili us. §. si. de j̄bo. obli. ¶ Ultimo quo ad illud principium pro uerificatione iurū omnium hic allegatorum si dubitetur q̄ liter & quando in stipulatione rem dari uel tradi ueniunt fructus dic aut in obligatione est dari tantum tunc si ex contractu stricti iuris non ueniunt fructus nisi a tempore litis contestate ut. j. eo. l. uideamus. §. si actionem. habetur tamen ratio q̄ti plurimi fuit a tempore more. s̄. si cer. pe. l. uinum. & de triti. l. in hac. Sed si est contractus bone fidei tunc ueniunt fructus a tempore more. s̄. de act. emp. l. Iulianus. §. si fructibus. ubi casus. j. eo. l. uideamus. §. si ex causa. ¶ Aut in obligatione est tradi tantum. tunc non ueniunt ut fructus sed ut interesse sic a tempore more. s̄. de acti. emp. l. i. & de j̄bo. obli. l. si fundum certo die ¶ Aut utrunq̄ est in obligatione. f. rez dari & uacuam possessionem tradi. tunc attende quia aut p̄cessit contractus emptionis & ueniunt fructus a tempore litis contestate. quia cum stipulatio ueniat ad surrogationem prime non potest cōprehendere fructus nisi a tempore litis contestate ut fructus ueniunt tamen in actione exempto ut interesse ut hic. & s̄. de acti. emp. l. iii. §. i. ¶ Sed si nullus contractus p̄cessit tunc ueniunt a tempore more ut fructus est autem utile scire an ueniunt ut fructus uel ut interesse ubi q̄n ueniunt ut fructus ueniunt omnes quos percepit possessor licet eos non percepisset petitor. l. cū hereditas. s̄. de pe. here. ¶ Sed si ueniunt ut interesse nō ueniunt nisi quos percepturus fuisset si re habuisset quia interesse est dāmnū emergens & lucrum cessans. s̄. de acti. emp. l. i. & hanc didici abutri. practicam. ¶ Item est utilitas in modo practicandi quia fructus officio iudicis petuntur. j. eo. l. uideam. §. ex causa. Sed interesse uenit iure obligationis. l. stipulationes non diuiduntur. j. celsus. de j̄bo. obli. ¶ Erit ergo aduertendum in forma li belli & hoc nō. quia per ista intelligis

7  
glo. dicti. §. ex cā & l. in cōventionib9  
in fi. de jōbo. obli. hic all. Florianus.  
¶ **SI POST** contractuz. Quicquid nō  
nouatur in pristina figura retinetur ad  
hoc allegatur. ¶ Vel sic & plenius. ¶  
Stipulatio subiecta contractui emptio  
nis animo nouandi non impedit actionez  
ex eo contractu competere ad id qđ sti  
pulatione nō cōplectabatur. b. d. ¶ Nō.  
hic stipulationem interpositam super cō  
tractu non assumere omnino illius natu  
ram. facit. l. iiii. §. i. s. de acti. empti &  
sic uidetur facere contra nō. per glo. in  
l. si quis. cum aliter de jōbo. obli. & l. ii.  
C. de rescin. uen. qđ hic tamen aliter nō  
declaro. aduerte tamen qđ glo. hic uidet  
sentire qđ ista stipulatio choartetur & re  
stringatur ex depressa uoluntate contra  
hentium scđm quā glo. etiam hic text9  
loquitur quando stipulatio fuit interpo  
sita animo nouandi & hoc constat. ¶  
Sed quid in dubio quando in stipulatio  
nem deducitur quod debebatur ex alia  
causa preambula an iure isto presumeba  
tur animo nouandi interposita uel non.  
in quo articulo glo. & D. c. multum ua  
riant glo. tangit in. §. preterea. institu.  
qui mo. to. ob. & l. ii. j. denouatio. &  
in. l. fi. C. de noua. ubi p. Cy. & Butri.  
per Bar. de jōbo. ob. l. qui usumfructu.  
& de pretoriis stipu. l. Valerianus. & p.  
d. ange. in. l. i. C. de iuditiis. ¶ Ex om  
nium autem dictis potest concludi qđ iu  
re isto. ff. de. si scđa promissio continet p.  
omnia idem qđ prima & est idemptitas  
personarum quia inter easdem. & tunc  
scđa nihil opatur attento maxime pris  
non interesse eam ualere probat. d. jōbo.  
obli. l. qui bis. glo. tamen ibi & co. t. qui  
usumfructum & in dicta. l. Valerian9  
de pretor stip. sensit utranqđ de iure uali  
dam sed scđam inualidari per exceptio  
nis obiectum. sed primuz uidetur tuti9  
per dicta. l. qui bis. Sed si scđa promif  
tio continebat omnino aliud qđ prima.  
tunc nouatio non fiebat etiam iure isto  
nam hoc casu solam obligationem non  
tolleret ergo nec promissio debet nouati  
onem inducere. uidetur casus. j. d. noua.  
l. fundum cornelianuz. facit de jōbo. ob.  
l. scire debemus. propter diuersitatem  
enim rei est alia stipulatio diuersa ut ibi

ergo primam non nouat. ¶ Sed si scđa  
promissio continet minus tunc scire cla  
rum quia iure isto non fiebat nouatio. j.  
de noua. l. si pupillus. §. qui actum. &  
de jōbo. obli. l. qui usufructum. Multo  
minus ergo hodie fieret per. l. fi. C. de  
noua. talis ergo promissio scđa nulla neu  
trius enim contrahentium interest eam  
ualere non stipulatoris & hoc patet nec  
promissoris quia per eam non liberatur  
a residuo. si uero continet minus loco cā  
uel alia qualitate ut quia prima contine  
bat fideiussores uel pignora scđa non. ul  
prima habebat de iure executionem pa  
ratam non scđa. uel etiam prime tribue  
batur priuilegium quod non scđe. tunc  
olim non presumebatur nouatio. licet se  
cus econtra propter interesse creditoris  
cuius conditio propter secundam efficie  
batur melior uel ratione temporis. l. cuz  
stipulatus sim mihi a proculo. de jōbo.  
obli. ¶ Vel ratione loci uel alterius qua  
litatis ita collige ex notatis in. l. iiii. §.  
si ex conuentione. j. de re iu. ¶ Sed si  
secunda promissio continet plus re tunc  
olim iure. ff. de. fiebat nouatio ipso iure  
dicta. l. qui usufructuz. & dicta. l. si pu  
pillus. §. qui actum. ¶ Et ideo hodie lz  
non fiet ipso iure quia non est actum.  
fit tamen exceptionis ope ut notat glo.  
in. l. ii. j. de nouationibus. & l. fi. C. de  
noua. ¶ Vnum adde notandum in hac  
materia fm. d. ange. ubi. s. qđ licz de an  
tiquissima iuris prudentia interuentus  
noue persone se obligantis ad idem ad  
qđ prima obligatio erat contracta indu  
ceret nouationem ut dicto. §. preterea.  
ubi. s. & dicta. l. fi. tamen d. iure. ff. de.  
non ducebatur siue interuenerit ut fide  
iussor absqđ obligatione principali ut. l.  
si ita fuero stipulatus in prin. & l. si sti  
cum. §. & ait cellus. de noua. & dicto  
§. si ex conuentione. siue simpliciter p  
miserat. nec appareat quomodo se obli  
gauit dicta. l. si sticum. §. si. p. qđ enim  
siue obligauerit se tanqđ choreus debendi  
l. iiii. j. de duobus reis. sed si renouasset  
debitori cautionem & fideiussorem pre  
stitisset quem primo non prestiterat tunc  
iure. ff. de. fiebat nouatio. nō. glo. in di  
cto. §. si ex conuentione qđ intellige. s.  
ope exceptionis. & tacite non expresse

ut dictum est. ¶ Addit etiam & aliud quod dicitur nō. q̄ ubi cunq; olim non fiebat nouatio de iure. ff. nisi ageretur expressē ita nec hodie fiet. & sic prima obligatio non tollitur nec ipso iure nec ope exceptionis testis est in. l. aliam. j. de noua. ¶ Et ex hoc nō. limitationem illarum glo. que dicunt q̄ hodie si fiat tacite sufficit q̄ exceptio oriatur. Ita nō. glo. in. l. ii. j. de noua. & in. l. fi. C. de noua. quia illud uerum ubi tacita olim sufficiebat. & ipso iure primam tollebat q̄ est nō. ¶ Ad de etiā; predictis q̄ ubi creditoris iussu quis alteri promittit pecuniam debitam prima ei obligatio nouatur saltem exceptionis ope. Ita dixit Bar. sub dubio tamen forte & non decisive. in. l. delegare. j. de noua. quod est multum notabile. quia est cotidianus casus quo cotidie mercatores & camplores utuntur adinuicem. Cum enim pecunia quis mihi debet iussu meo promittit creditori meo. & consuetudo seruetur ut debitor illum amplius molestare non possim quasi mihi satisfactum sit per illam promissionem factam creditori meo. ¶ Dixit tamen. d. ange. hoc procedere potius de consuetudine q̄ de iure ubi ergo super hoc non uigeret consuetudo dixit q̄ contrariuz iudicari deberet de iure allegat casum de noua. l. sticum. §. fi. & eo. ti. l. si is cui. & l. a te. ¶ Nihil faciūt hec duo iura licet primum sic aliq̄tulū.

Florianus.

**G**ENERALITER. Prestationes non perceptas sed percipiendas contra bonos mores bone fidei iudicium nō admittit. b. d. Et per hoc cessat contrarium formatum in glo. ¶ Nota exuberantiam bone fidei que uersatur in ipsis contractibus & iudici potestatem latam tribuit ut institui de actio. §. in bone fidei non estenditur ad querenda in honeste ex re debita secus tamen esset in iaz questis ut hic in glo. quam inde. ¶ In glo. i. ibi. l. & ancillarum. & illa iura sunt notanda ad commodum agentis contra possessorem qui etiā preter debitum ex re commodum aliquod percepisset q̄ nō. contra eos qui condemnantur ad restitutionez & resignationē castrorū fortitioruz & similia. Florianus

**Q**UVM DE INRE Muerfo. Si allego solēnez obligatoz. & p̄bo diuturnā prestationē illa diuturna prestatio iuris presumpcioe probat illam solemnem obligationem ut ex ea ueniat debitor condemnandus. b. d. Butri. ¶ Vel sic ex diuturna prestatioe usurarum presumitur contracta obligatio. & super usuris & super forte quatenus est necesse ad illam prestationem redigendam in prestandi necessitatem. b. d. Bar. ¶ Et comuniter duo facit scdm comunem usum legendi. nam primo decidit q̄ ex diuturna prestatione usurarū presumitur promissio usurarum. scdo q̄ ex diuturna prestatione usurarum presumitur promissio sortis. ¶ Pone casum fm istum comunem modum. ¶ Premitte q̄ hec de inremuerso & d̄ peculio nō proprie sunt actiones. sed quedam adiectiones ut nō. in Rica. s. de pecu. ¶ Alii tamen uidentur istaz. l. aliter legisse uidelicet q̄ hec diuturna prestatio probet solum qualitatem obligationis contracte non ipsam obligationem. & fm huc intellectum. b. d. ¶ Per diuturnam prestationem non probatur obligatioez contractam ex titulo allegato per actorem. sed solum qualitas obligationis contracte b. d. fm. d. ange. in. l. si certis annis qn ipsam repetiit quando iuit Paduam dicebat eniz q̄ hic agebatur de inremuerso contra heredes patris uel domini. nec ipsi si excipiebant q̄ obligatio contracta per filium uel seruum non esset efficax sed soluz negabatur qualitas obligationis. s. quia negabatur in remuersum probata ergo diuturna prestatione usurarum facta per patrem uel dominum probatur qualitas in remuersionis. nam integras usuras soluerant & non forte quatenus uires patrimoniū paciebantur. nec obstat huic. §. impator. qui statiz sequitur ubi uidetur probari q̄ etiam una sola prestatio usurarum trabatur ad necessitatem sortis. & sic uidetur probare obligatioez contractam quia r̄ndet q̄ hoc contingit quia ibi illa prestatio habebat anēssaz confessionem debiti discretam. quia dicebat causa dotis unde qui soluebat confitebat debitum dotis ad quod contrahendum sufficit nudum pactum. l. ad exactioē.

8

**C. de dotis promiss.** **C** Ex quo conclu-  
debat in isto in .q. impator . esse casum  
singularem q̄ una sola prestatio habens  
secum debiti confessionem discretam an-  
nexam trahitur ad necessitatem futura-  
rum siue prestationem de quo tamen la-  
tius per eundem in repetitione dicte .l.  
si certj annis q̄ est ualde notabile. **C** Ex  
isto textu nō . que colliguntur ex predi-  
ctis. **C** Item nō . hunc textum qui facit  
q̄ tabellio qui apparet longo tempore ta-  
bellionatum exercuisse & honores ut ta-  
bellio percepisse presumatur tabellio nec  
fidem aliter habet facere de tabellionatu  
an autem sufficiat euz docere q̄ sit i qua-  
si possessione tabellionatus uide .j. de  
curi .l. herenius . & q̄ ibi per Bar. & In-  
no de fide instru .c. i. & Guil . in spec .  
de instru . & dic . q̄ . restat . j. & scias q̄  
tabellionis officium . & hanc . q̄ . disputa-  
uit Io . an . q̄ . ibi interseruit . **C** Ibi etiam  
ponit quid erit in tabellione priuato qui  
postea instrumenta confecit . & an si re-  
periatur descriptus in matricula p̄ osten-  
sionem matricule probetur tabellio . Cre-  
datis q̄ nō . nisi cōcurrentib⁹ alijs ad mi-  
niculis & hec est ueritas cui adde q̄ in  
strumenra nō . uiciantur si eius priuatio  
uel infamia prius uelata postea detegat̄  
glo . est multum nō . uel forte singularis .  
in autē . de tabe . in . q̄ . p̄t . in glo . hic  
ar . & uere nullā aliam scio ideo dico sin-  
gularem **C** Idem si erat publica sed nō .  
in eo loco quia alibi depositus uel condē-  
natus de falso hic confecit instrumentuz  
ubi ignorabatur . Ita colligo ex notatis p̄  
Io . an . in simili . extra de ordi . ab ep̄o . c .  
i . in additionibus incipit dixit Vincen-  
tius in nō . q̄ . est notandum . **C** Item ad  
de q̄ premitur pro eo qui est in quasi  
possessione eius quod competit d̄ iure cō-  
muni secus si allegaretur quasi possessio  
alicuius iuris specialis uel priuilegiū uel  
alterius uel simplex exigēdi facultas pe-  
dagii uel zc . Nam tunc per eam non p̄-  
sumitur pro eo nisi probet se talez & nō .  
biliter tenuit Pa . & post eum Cy . **C** de  
fide instru .l. si solemnibus . & probatur  
de priuile . c . cuz persona in . vi . ubi casus  
E . per hoc de fact . obtinuit q̄ in accusa-  
tione instituta per conductorem Datii  
uini . non sufficeret eum probare q̄ esset

in quasi possessione exigēdi Datium  
nisi uere probaret conductionem . **C** Itē  
hec faciunt ad questionem de excōicato  
qui cōmuni opinione habebatur pro nō  
ex cōmunicato & ecclesiasticum benefi-  
ciuz cōtulit uel elegit ad illud uel rescrip-  
tum impetrauit de predictis an de iure  
ualeat q̄ . q̄ . disputauit Io . cal . que inci-  
pit excōmunicatus qui cōmuni opinioe  
habebatur pro non excōicato zc . **C** Itēz  
nō . hanc .l. per quam quidam dicunt q̄  
si quis alleget concessum sibi pedagiū  
a principe & diuturnam exactionem p̄-  
bat q̄ sufficit . Sed certe hec .l. nihil facit  
fm Butri . quia hic allegatur cōtra soluē-  
tem actus eius diuturnus q̄ in pedagio  
non est non enim est dare diuturnitatez  
cum unus transit hodie alter cras . & sic  
aut ergo ista prestatio facit obligationez  
personalem transumptiue . & hoc nō . po-  
test esse quia negligentia soluentium nō .  
deby alijs preiudicare qui nunq̄ soluerūt  
**C** Aut dices q̄ inducat obligationem re-  
alem quasi prescripserit contra ciuitatez  
in cuius territorio collegit pedagiū &  
sic locus est affectus q̄ probatur allegan-  
do concessionem & probando diuturnā  
exactionem . & hoc modo sentit Ia . de  
Butri . posse dictum eorum procedere p̄  
hanc .l. quasi iste percipiēs hoc pedagiū  
dicatur consuetudinem prescripsisse ar-  
s . cōmunia predi .l. uēditor . q̄ . si cōstat  
Fortius ergo multo iuuaretur si hic qui  
agit allegaret prestationez tantī tempo-  
ris cuius ḡtrū memoria non estaret . j . de  
proba .l. si arbiter . facit quod . j . dicam  
super glo . **C** Item nō . hanc .l. cum enim  
merum imperiūz non possit prescribi qa  
consuetudo non plus tribuit q̄ lex . s . de  
legi .l. de quibus in fi . Sed lex municipa-  
lis non potest dare imperiū meꝝ ergo  
nec consuetudo licet iurisdictionem pos-  
set concedere consuetudo . Per hanc ergo  
l . allegabit ciuitas merum imperiū con-  
cessuz a principe & probabit longū usuz  
q̄ sufficit fm Butri . qui tamen subdit q̄  
hodie omnes ciuitates ytalie ex pace con-  
stantie habent merum imperiū . **C** In  
glo . f . decenio ibi . sed ibi speciale fauore  
alimentorum . Sed cōtra hanc solu . uidet̄  
facere hec .l. in fi . que loquitur in causa  
dotis que digna uidetur eodem fauore

quo & causa alimentorum .l. cum post. & gener de iur. do. & de an. leg. l. si cui. Quare Doc. communiter dicunt q̄ ibi est duplex fauor .f. alimentorum & ultime uoluntatis facit .l. alimentis C. de transf. ac. & s. eo. l. cuz hii. & i. Et idem dixit Bar. in causa dotis si dos diceretur deberi ex testamento imperfecto .f. q̄ sufficeret prestatio usurarum trium annorum .f. ad dictam obligationem confirmandam Ita sentit Bar. hic & latius in questioe quam disputauit que incipit quedam mulier habens magnum patrimonium zc. ubi decidit an ex sola patientia uidetur dos constitui C. Sed adde predictis q̄ p̄ idempritate rationis idem uidetur iudicandum concurrente hoc duplici fauore exemplum in legato relicto in refectione pontium & uiarum dicta .l. si cui annui de an. lega. & de lega. ii. l. cum quidaz. uel in legato relicto in redemptione captiuorum uel a teri pio loco. C. de dona. l. si quis pro redemptione. ubi casus. & de epis. & de. si quis ad declinandam. & l. nulli. Secus ergo uidet ubi cessaret ratio fauoris uel pietatis. exemplum summe in alimentis relicto diuiti in quibus nulla uidetur uersari pietas probat. C. de sa. san. eccle. l. illud. Cuz enim cesset ratio legis & dispositio de iure patronatus. l. adigere. & quis. & de pactis. l. q̄ dictum. s. nec obstat de transactio. l. cum hii. & nihil interest. ubi in alimentis etiam diuiti relicto declarat non posse transigi in consulto pretore. quia potest dici illud esse ex ostensione legis in casu illo q̄ in proposito non reperitur. C. Itē etiā non obstat q̄ diues potest effici pauper quia hoc non debet attendi. l. inter stipulantem & sacram. de jbo. obli. C. Aduerte tamen q̄ fauor alimentorum uel dotis uel alterius pie cause de quibus predictum est. potest operari quando uoluntas est minus perfecta ratione solemnitatis obmissa puta in testibus zc. que non impendit ortum naturalis obligationis. C. de iur. & facti igno. l. si post diuisionem. & l. cum quis. & ibi plene nō. & l. i. s. de condi. inde. & sic talia legata debentur in foro conscientie probatur. C. de fideicō. l. ii. & hoc tenuit Bar. in li. i. minoricorum. Secus autez quando uo-

luntas fuisset imperfecta uel in abilitate testantis uel imperfectione uoluntatis. C. Tunc enim primo casu lex resisteret potentie .f. testandi & sic nulla oriretur obligatio etiam naturalis de fidei. l. cum lex. de condic. inde. l. si nō sortem. C. In secōdo casu talem uoluntatem imperfectam lex non appellat uoluntatem hanc enim cum pro non uoluntate habet de testa. l. si is qui. C. Eadez glo. ibi biennio tm̄ die diuinat ibi preterea prolixitas temporis non est modus inducende obligationis. l. obligationum fere. & placet. de actio. & obli. C. Ea. glo. ibi alii dicunt q̄ hic non extabat zc. hec etiam non bona immo est contra textum istum ubi non est mentio nisi de longo tempore non de longissimo in se tamen extra istum casum uera est ut .j. dicam. C. Ea. glo. ibi uel ibi nudum pactum. hec uera ad contrarium. & dum dicit hic autem dubium declara. nam reus hic negabat. actor uero ad fundandam intentionem propositam allegabat prestatioz diurnam & hec est comunis solutio. C. Fa. glo. ibi obligationum fere & placet. adde & hic clarius q̄ si fundat quis intentionem suam ex solo cursu temporis cuius contrarii memoria nō existit & tunc capio illam solutionem de qua. s. dicebam. tunc hoc sufficit. l. i. in fi. d. aq̄ plu. ar. & l. hoc iure & ductus aque. de aqua. coti. & exti. extra de prescrip. c. i. in fi. in. vi. & ibi d̄ plus petitionibz zc. Sed si fundat intentionem suam ex cursu minoris temporis tunc aut ad inducendam obligationem. dic q̄ illa non inducitur ita. l. creditor. & l. operis. & dicto & placet. legitur & de prescrip. lon. tem. que pro libertate competit. l. fi. aut ad inducendam liberationem tunc attende q̄ si ius comune resistit. nunq̄ inducitur liberatio. l. compit. C. de prescrip. trig. uel quadra. an. & dicto. c. i. Sed si non resistat tunc ex solo cursu temporis inducitur liberatio dixit ramen Bar. hoc contingere fm̄ diuersas naturas actionum. nam quedaz tolluntur in minori tempore. Quedaz maior. l. sicut. & l. omnes. de prescrip. trig. uel quadra. an. C. & l. cum sex. s. de edeli. edic. & nō. j. de diuer. & tempo. prescrip. l. i. & hic est ille



articulus qui non habet aliqd agere nisi  
 qn allegat teporis cursus. ¶ Ea. glo. ibi.  
 aut ex nudo & tunc quidem zc. ut l.  
 si certis annis. ¶ Tu autem dic lati  
 us & clarus. ¶ Aut titulus precedens  
 est inualidus favore prestantis. & tunc  
 ex sequenti prestantione confirmatur in  
 autem. sed cum testator. C. ad. l. fal. & l.  
 si maior factus. la. ii. de inius. te. l. filio.  
 preterito. s. de inoffi. testa. l. p. l. in fi.  
 q. intellige si prestans est talis conditio  
 nis q. possit renunciare favori suo alias  
 secus. ar. j. de noua. l. doli. ¶ Aut titulu  
 est inualidus odio eius cui prestatur &  
 tunc idem quia inhabilitas tituli confir  
 matur. s. ad mac. l. sed Iulianus & fi.  
 C. de no. nu. pec. l. cum fidez. q. intellige  
 si prestans potest sibi preiudicare ut di  
 ct. l. sed Iulianus. & fi. aduerte tamen  
 q. Pe. intellexit dictam. l. cum fidem.  
 ubi titulus erat ualidus ipso iure sed po  
 terat eneruari per exceptionez. unde sol  
 uendo scienter uidetur exceptioni sue re  
 nunciare ita dixit Pe. et Cy. in dicta. l.  
 si certis annis. ¶ Aut titulus est inuali  
 dus auctoritate iuris publici puta ppter  
 solemnitatis effectus. uel quia ius ei non  
 assistit. tunc aduerte quia quandoq. de  
 obligatione inducenda. Quandoq. de li  
 beratione. ¶ Primo casu si uersat fauor  
 alimentorum & ultime uoluntatis uel al  
 terius similis propter ea que. s. dixi tuc  
 per prestantionem trium annorum con  
 firmatur. l. i. C. de fidecom. de quo. s.  
 dixi. ¶ Sed si iste fauor non uersetur.  
 tunc nulla prestantio confirmatur dicta  
 l. si certis annis. & ibi no. Quod intellige  
 uerum q. tum ad futuram prestantionem.  
 tunc in iam soluto omio preiudicat. C.  
 de testa. l. non dubiaz. ¶ Secundo casu  
 quando agit de inducenda liberatione.  
 tunc si illa liberatio poterat induci solo  
 curiu temporis per sequentem prestantio  
 nem patientis per cursum medii tempo  
 ris precedens titulus inualidus confirma  
 tur. s. de adop. l. post mortis conuicta.  
 l. i. & quod ibi no. C. de patri. pote. ¶  
 Sed si solo cursu temporis non posset in  
 duci ut quia ius comune resistit prescri  
 benti ut in casu. l. compit. C. de prescrip.  
 trig. uel quadra. an. tu dic q. si titulu in  
 abilis deriuat ab eo qui contra ius comu

ne poterat dispensare confirmatur p se  
 quentem patientiam quadraginta anno  
 rum. l. si. C. de fundo patrimo. li. xi. se  
 cus autem si titulus inhabilis procederet  
 ab alio tunc enim nunq. confirmatur di  
 cto. c. j. de presump. in. vi. & dicta. l.  
 compit. facit etia quod no. de resti. spo.  
 c. ad decimas. eo. li. ubi quando ius coe  
 resistit prescriptioni zc. d. quo. j. in alio  
 articulo faciam mentionem. ¶ Ea. glo.  
 ibi preiudicium fit ut hic & hoc coiter te  
 nent doc. q. declara. ut. s. dixi. ¶ Eade  
 glo. ibi. C. de fideco. l. i. declara hanc ut  
 s. dixi. ¶ Eadem glo. circa fi. ibi & in  
 decimis hoc intellige nisi ius comune re  
 sistat dicto. c. i. de prescrip. in. vi. & d. re  
 sti. spo. c. ad decimas. e. li. & ibi no. ¶  
 Eadem glo. ibi prestantionibus scdm Io.  
 utrum autem pro personalibus prestantio  
 nibus sit dare iudicium possessorium tan  
 gitur extra. de elec. c. querelaz. & p. Pe.  
 & Cy. in dicta. l. si certis annis. ubi la  
 tius per. d. Ange. ¶ Eadez glo. ibi que  
 non habent causam continuam. no. glo.  
 & idem no. s. de serui. l. seruitutes pre  
 diotum. la. iii. & l. i. in fi. de aqua plu.  
 ar. hic alle. Sed contrarium no. in dicta  
 l. si certis annis. ubi Cy. tangit in. viii.  
 q. & concludit post ultra motanos q. ad  
 probandum seruitutem constitutam non  
 sufficit sola probatio usus longi temporis  
 nec obstat ista. l. que dicit q. p. longeuaz  
 prestantionem probatur. s. titulu precedes  
 quia loquitur in faciente. secus ergo im  
 patiente ut in. q. preposita. ¶ Sed doc.  
 comuniter tenent glo. l. q. propter longe  
 uum usum patientie aduersario factum  
 probetur seruitus constituta per. l. si fili  
 us. C. de peti. here. j. de acqui. here. l. q.  
 in aliena q. i. que iura loquuntur impacie  
 te. & hanc opp. tenet Butri. & Bar. hic.  
 & dicta. l. i. & fi. in predicta. q. quam  
 disputauit quedam mulier habens mag  
 num patrimoniu zc. ¶ Vnum no. q.  
 etiam tenendo q. glo. dixerunt q. ex diu  
 turna prestantione presumatur titulus &  
 obligatio allegata hoc uerum nisi ex qua  
 litate soluentis insurgeret potius psump  
 tio cuiusdam liberalitatis. Exemplum  
 pone in rustico qui annis singulis longo  
 tempore portasset capones nobili & hoc  
 sentit Pe. in dicta. l. si certis annis. & est

glo. ordinaria que sic uidet̄ decidere. s̄. de offi. preconful. & leg. l. solent in fi. **I**tem dixit Inno. in alio exemplū; ponit in eo qui singulis ānis longo tempore ep̄m uisitantem prouintiaz recepit in domo sua. **E**st enīz presumptio q̄ potius ex curialitate quadam fecerit q̄ ex causa alicuius obligationis preamble q̄ per ep̄m allegetur ut in .c. cum ecclesia lutrina. extra de causa pos. & p̄pri. & ibi nō. adde etiam predictis aliam singularem glofam dicentem q̄ illud quod operatur diuturna prestatio operat̄ una promissio a sciente facta ita tenet glo. in .l. ii. **C.** de dotis promit̄. adde & alia in .l. p̄t. **C.** coi diuī. que probat non solum ex diuturna prestatione presummit̄ titulum allegatum. sed etiam ex diuturna patientia quaz; doc. cōmuniter tenet licet Pe. ibi gr̄iu & Cy. sequitur eum & hoc uidetur procedere quando patientia est mutua ut ibi que hab; in se q̄dammodo quandaz; prestationem ad mixtā. ar. **C.** de inoffi. tes. l. si pater puelle. & de transac. l. de fideicomisso. Secus ergo uidetur ubi non est mutua patientia quia tunc per eam non probat̄ titulus de fur. l. qui uas & uetare. nisi in obligato dare uel tradere. s̄. de rei uen. l. quedam mulier. quam glo. nō. & .l. ii. **C.** de acqui. pos. Et hanc limitationez; uidetur succincte sensisse Bar. in dicta. q. quedam mulier ad fi. licet non ita declaret. **E**a. glo. in fi. ipsius facit. **C.** de prescrip. lō. tempo. que pro libe. compen. l. fi. & ad de Inno. qui sentit seruitutes personales non queri solo tempore. de censi. c. peruenit. alibi uidetur dicere q̄ potest queri tempore ut si quis teneatur facere seruitium de prescrip. c. si diligētī. Et per hoc sit expedita glo. illa magna.

Florianus.

**D**EBITOR. Oblatio & depositio impedit cursuz; usurarum inchoatuz;. Sed si pecunia deposita deposito subducatur. i. recuperetur reintegratur usurarum cursus b. d. Nō. casum quo nō sufficit simplex oblatio & hoc ideo est q̄ usura iam tracta alia sola oblatio sufficeret ut impleat̄ inchoandam. **C.** eo. l. si parte. & dixi s̄. eo. l. i. & si ubi uide. & propter

hoc scies euadere contrarium impositione casus. Item nota ubi consignauit hic in textu qui uidetur facere q̄ sufficiat debitorem offerre marsupium in iudicio cuz; pecunia absq; enumeratione pecunie clarius uidetur hoc probari in autē. de. ut ex actione instantis dotis zc̄ & .ii. coll. vii. ubi dicitur q̄ debet offerre in marsupio uel in folle. in .l. cum seruus. de condi. & demon. s̄m Py. ubi follis aliter exponitur idem est. ad idem facit. l. cum seruus. de condi. & demō. j. q̄ intellige dū modo constare possit q̄ta sit pecunia in folle reposita ut quia forte testes & notarius uiderunt eam numerare alias licet probaretur oblatum marsupium cum pecunia nil probaretur si ignoraretur quantitas. facit. l. i. & si cista s̄. depositi debz; ergo offerri numerata coram testibus & postea in bursa reponi ita debet intelligi l. acceptam. **C.** eo. & hec. l. cum si. Et ita sentit Bar. in dicta. l. cum seruus. q̄ nō. & adde quod dixi. s̄. eo. l. i. & si.

Florianus.

**Q**UIS. In legato equarū post heredis moram uenit fetus ut fructus & etiam eius fetus. i. partus. b. d. Et istam. l. intellige & de clara s̄m nōta. j. eo. l. equis. & quod latius dixi. s̄. eo. l. in fideicomisso in prin. ubi uide omnino.

**P**ECVNIE. Utile per inutile non uiciatur in his que separabilia sunt ad hoc allegatur coti dic. **C.** Prohibita est conuentio ultra legitimum modum usurarum. **C.** In glo. non tenere in fi. ibi. l. grege. & illud. dic glo. in contrario dicit q̄ illa lex loquitur in alio casu q̄ ista. quasi dicat q̄ hec lex loquitur in diuiduis & separabilib; ibi in indiuiduis & inseparabilibus & hoc tenuit ibi Ia. de are. & Dy. q̄ quibusdā non placuit dicentibus q̄ & ibi loquitur inseparabilibus q̄ in pecunia Sed p̄ conclusionem dic q̄ indiuiduum dicitur altero de quatuor modis s̄m Butri. Quandoq; ratione nature eius qd̄ in cōtractu deducitur exemplum in stipulatione seruitutis. l. ii. & i. & l. eadem. & cato. de j̄bo. obli. Quandoq; ratione uoluntatis contrahentium. s̄. de arbi. l. pedius. al' parui & i. Quandoq; ratiōe dependentie

uel accessionis & principale accessorium de peculio legato. l. ii. j. ubi summe exemplum. Quandoque ratio forme ut in. q. illud hic alle. licet enim in obligatioe uer setur quid diuiduum tamen ubi forma obligatioe data non est seruata tota obligatio uiciatur ut ibi. Et ex his collige unam breuem doctrinaz huius Brocardi an utile per niutile zc. de quo per Dy. extra de regu. iur. c. utile. in vi. & per Cy. de dona. i. sanctim. C. per Butri. & Guil. d. cu. in. l. cetti conditio q. qm. s. si cer. peta. & per Bar. aliquid in dicto. & illud. Florianus.

**VSURARVM STIPVLATIO.**  
 Si pena quantitati adicitur non ualet stipulatio. Sed si uberiozem usuram stipuletur si intra diem pecunia soluta no fuerit ualet usq; ad legitimam nec uidetur in mora qui no habuit cui solueret. b. d. & notanter in hoc ultimo. Nota primo q; in obligatione etiam odiosa dies interpellat pro homine & in mora constituit concordat. l. magnam hic allegata. Secundo no. hunc textum per quem dicit Butri. reprobari opp. dicentium q; si pena adicitur quantitati q; ualet usq; ad legitimam usura. nam si hoc esset uerum non esset tunc differentia an pena apponeretur quantitati an uberior usura quo casu ualet tantum usq; ad legitimam & tamen subtiliter intuenti patet q; hec lex uult facere differentiaz huic adde regulariter q; quicquid forti addicitur usura est siue in facto siue in datione consistat. xiiii. q. iiii. pleriq; extra eo. c. consuluit. & c. conquest. q; intellige quando adicitur ad augmentum prestationis secus si ad augmentum cautionis ut est pactum de presentandis pignoribus quo multum hic utimur. uel de dando fideiussores ul' d' debito in iudicio consistendo ad petitione creditoris. nam tale pactum ualet. & possunt ei contrabentes penam inserere fm Butri. & Bar. l. rogasti. q. si tibi. s. si cer. peta. & ita seruat consuetudo. & hec ueritas. licet Cy. contra sentiat in. l. cum allegas. in ulti. q. C. eo. & adde hic quod tangit Bar. in. l. cum seruus. j. de condi. & demo. **Vnum no.** q; ubi principale esset improbatum non possunt contrabentes illi penaz inserere.

Casus est no. in. l. seius & augerius. j. ad. l. fal. puta statutum prohibet ciuem cum forense contrabere zc. licet inferat pena de non contraueniendo non ualet. **Item no.** hic in. s. si tamē. q; defectu & carentia actoris & creditoris excludit uel impedit moraz rei & debitoris. facit ad nota. de consti. pecu. in. l. item illa. s. ubi no. dixit Bar. ex lapsu diei non constituitur reus in mora. ut quia actor no uenit ad locum rei ex noua interpellatione constituitur in mora proinde ac si obligatio esset sine die contracta. & p hoc als de facto dixi q; si pena instrumeti e remissa ex forma statuti que erat comissa ex lapsu diei q; debitor potest ex interpellatione de nouo in moram constitui. & sic de facto obtinuit hic. **No.** etiaz bonum textum probantem q; terminus non labatur ei qui non habet iudicem eorum quo possit comparere. **Florianus.**

**PARTVM.** Partus editus p litem contestatam uenit officio iudicis. sed ante editus ita demum uenit in iudicio si petatur. b. d. ul' sic & nobilius accessioes an litem cotes. pcepte non ueniunt sine libello. Sed pcepte post litem contestata ueniunt licet de eis non sit in libello expressum. b. d. **Et** hanc l. no. per quam fundatur comunis practica aduocatorum qui in libello dicunt & petit expensas factas & de fiendis p testatur. Expense enim iam facte non ueniunt nisi peteret ut hic. **Item no.** ex hac. l. differentiam inter percepta an litem cotes. uel postea quo ad petitiones facit de damno infecto. l. si quis missus. q. iudex. & quod no. Inno. d. resti. ipo. c. grauis. & ibi allegatur iste textus. **Et** adde q; circa ista accessoria procedit libellus generalis sine specificatione quantitatit ut peto fundum cum fructibus ul' domum cum suppellectilibus. Ita no. Inno. de restitu. ipo. c. cum ad sedem. Circa quod uide etiam qd no. Cy. in. l. cum propria C. si quis alteri uel sibi. & ad materiam. l. uide quod dixi. s. eo. l. in fideicomissi. ubi plene. **Florianus.**

**MAIUS.** Nota legem notabilez ad omnes contractus qui fiunt cotidie nomine ciuitatis idem in uolueritate & alioz. & hoc intedit.

¶ Non fit compensatio damni contin-  
gentis rei publice ex negligentia procura-  
toris uel curatoris cum lucro eidem. f. ci-  
uitati obuenienti per legem. Sed si obue-  
niat ex aministracione procuratoris. aut  
totum reicitur. aut totuz approbat. b. d.  
Et ponit principaliter duos casus. Pri-  
mus est quando gaius stipulationem no-  
prouiderat. Scds quado prouiderat. scda  
ibi q si seruus. potest tamen dici q tercio  
loco subdatur extensio quedam ibi eade-  
fere in fi. l. ¶ No. ex ita. l. q ex cōtra-  
ctu massarii cōmunis querit ius reipubli-  
ce sine cessione. Et idez uidetur in omni-  
bus officialibus publicis in autē. ut sin-  
prohibitio debi. uel credi. matres. q. quia  
uero. & ibi nō. & c. d. epi. & cle. autē.  
generaliter. & in corpore de letigio. q.  
ad excludendas. unde illa sumitur de  
hiis qui. conueni. & reque. q. i. trāsump-  
tiue in autē. libellū. C. d. lite cōte. & c.  
quando mulier off. tut. fun. potest autē.  
matri & auie. & in corpore unde sumi-  
tur. f. de hereditate ab intesta. q. ex his.  
& j. de magi. conue. l. i. q. exigere. &  
s. de inius uo. l. eum pro quo. & tene mē-  
ti illum casum facit etiam. l. fi. s. q. cu-  
iusq. unī. ¶ Quid autem in notario. j.  
tangam. ¶ Item nō hic casum q si mas-  
sarius cōmunis facit ultra quam debeat  
in aliquibus & in aliis minus q debeat  
ista non cōpensantur ad inuicem immo  
punitur de excussione non facta. ¶ Itēz  
nō. hunc textum in. p. q si seruus. qui  
probat p tabellionem nobis actōz acquiri  
de quo tangit per Guil. de adop. nō ali-  
ter. s. per Bar. rem pup. sal. fore. nō q si  
per Inno. de conuer. coniuga. dudum.  
& p Io. an. in. c. qd d. usur. in. vi. ubi ui-  
detur post Inno. concludere q hoc non  
procedat nisi in pretoriis & iudicialibus  
non in conuentionalibus quia omnes. II.  
de hoc loquētes loquuntur in pretoriis &  
iudicialibus. Bar. tamen sentit contrariū  
in dicta. l. non q si. f. q idem sit in omni-  
bus. & idem dicit Guil. de cu. per hunc  
textum ubi patet idem in quocunq. pub-  
licum officium gerente & per hoc addūt  
rationem quia si diceremus q notarius  
non posset querere nisi in iudicialibus &  
pretoriis non esset differentia inter tabel-  
lionem & priuatam personam. l. p. t. si

quis cautio. & hanc partem tenuit Cy.  
in dicta. l. non quasi aliter. ¶ Consultuit  
tamen Bar. in dicta. l. non quasi. q si ta-  
bellio est presens q ab eo petatur cessio  
l. possessio. q. & si possessio. de acqui.  
pos. & de fur. l. si quis uxori. q. si fugiti-  
uum. ad quam faciendam compelli pote-  
rit. ar. j. man. l. idemq. q. si cui eo autē  
non reperto sine dubio competit utilis si-  
ne cessione scdm eum ar. s. de institu. l.  
i. in fi. cum si. ¶ Sed q ista cessio nō sit  
necessaria quicquid dixerit Bar. facit q  
si notarius dirigat uerba in partem tūc  
in ipso notario non confirmatur contra-  
ctus. ergo nō uidetur q possit iura cede-  
re. siue uerba conferantur in ipsum nota-  
rium pro parte puta mihi nomine talis  
ad hoc non uidetur posse cedere duabus  
rationibus. Prima quia adhibetur ut mi-  
nister non ut sibi ius queratur. Secunda  
quia ille potest cedere iura q a principio  
acquirat ius agendi sed notarius non est  
huiusmodi ergo in eo non habet locū ces-  
sio. Item in eo nō uidetur actio residere  
& sic subtilitate iuris attenda uidetur re-  
periri utilem sine directa. ergo remediū  
cessionis non est necessarium. in quo ta-  
men cogita. Predicta intellige pcedere  
quando notarius est stipulat⁹ ut publica  
persona. alias ex stipulatione eius alteri  
non quereretur. presumitur autem stipu-  
latus ut publica psona & nomine omnium  
quorum interest quado stipulatur ut no-  
tarius. ar. j. de admini. tuto. l. cum post  
mortem. q. i. s. de institu. l. fi. & quod  
nō. glo. s. de procur. l. quacunq. ratioe.  
& qui sat. da. cogā. l. sciendum. q. si tu-  
tor. & l. pe. si q. cau. & hoc tenuit Bar.  
in dicta. l. non quasi. ¶ An autem tabel-  
lio stipulari possit uerbis in absentem di-  
rectis dicendum uidetur q non per. l.  
quocunq. de actio. & obli. Sed dic con-  
trarium quia illa lex locum habet in con-  
tractu procuratoris & in officio priuato.  
non quando quis ex officio publico con-  
trabit pro alio. l. eum qui. q. si actori. s.  
de consti. pec. & hoc tenuit Guil. z Cy.  
¶ Vnum etiam nō. q sicut tabellio pos-  
sit alteri querere ex contractu iuris ciui-  
lis. ita & ex contractu iuris gentium. &  
facilius exemplum summe de iusti. &  
iur. l. ex hoc iure. & hoc etiā sensit Guil.

p hoc facit. l. ea q̄ ciuilit̄. j. d. acq. re. do.  
**Q**uid autem si tabellio stipulatur sibi  
 recipienti uice & nomine alterius & ille  
 non ratificat an ex hac stipulatione pos  
 sit tabellio agere. uideretur q̄ non per. l.  
 si absentis. C. si cer. peta. & de admini.  
 tuto. l. cum queritur. dic contra. quia no  
 tarius non adhibetur ut ullo mō sibi que  
 rat. Item adhibetur ut publica persona  
 ergo ut priuata nō debet posse agere nec  
 obtāt. ll. contrarie quia loquuntur in eo  
 in quo cōtractus primordiallyter refidet.  
 In notario autem non dicitur rescidere  
 contractus. sed solum officium scribēdi  
 q̄ est notandum. & ita uidetur sensisse  
 Guif. C. In glo. fere ideo dicit propter &  
 in fi. ibi. §. iulianus. Idem tamen uidet̄  
 in ciuitate. s. q̄ cuiusq̄ uniuersitatis. l.  
 si.

Elorianus.

**P**EIA. Negligētia & mora di  
 uisa diuidit prestationem usu  
 re & pene. ita potest allegari.  
 uel sic. Dicitio q̄q̄ est dicitio distributiua  
 & licet sit conuentum q̄ usure maiores  
 ueniant ex die contractus non tamen ue  
 niunt a die contractus sed more. b. d.  
**N**ō. quod dixi de hac dicitioe quaq̄  
 que distributiua d̄ qua aliquid tangitur  
 in. l. si necessarias. §. si annua. s. de pig  
 no. actio. sed d̄ hac & aliis distributiuis  
 & etiam collectiuis uide plene per Bar.  
 in. l. hoc articulo quisq̄ de bere. institu.  
 j. ubi ponit questionez. quicunq̄ primo  
 intrauerit castrum zc. habet tantum. C.  
 In glo. eam stipulationem una dicit̄ ibi  
 in. §. annua. Quasi indiffinitiuā prola  
 tio eq̄polleat uniuersali ut ibi de quo an.  
 & quando sit uerum tangitur ibi. & j.  
 del. ii. l. si pluribus & pulcre. per Dy. d̄  
 regu. iur. super Bica in. vi. per Io. an.  
 de electio. ut circa. in glo. ordinaria eo.  
 li. ubi an. indiffinita equipolleat uniuer  
 sali. C. Eadem glo. in fi. ibi decem aut  
 quindecim. & hic pro hac decisione pōt  
 adduci quia uidentur hic duo alternati  
 ue deducta. s. q̄ soluat suo die & p̄ men  
 sem zc. & sic electio debet esse obliganti  
 s̄m litteram in. l. plerunq̄. §. si. de iur.  
 do. j. cum si.

Florīanus.

**VI SEMISSES.** Creditor  
 recipiens minores usuras q̄ pe  
 tere poterat tacite uidet̄ pacisci

de maioribus nō petendis. b. d. C. Istud  
 nō. principium & allegabile. Nō. ergo  
 textum notabilem probantem q̄ petitio  
 minoris summe uel perceptio inducit re  
 laxationem maioris. & puto hoc esse hic  
 speciale usurarum odio. secus ergo esset  
 in petitione fauorabili. unde si emphite  
 ota debet annuatim mibi. x. florenos &  
 longo tempore non recepi nisi quinq̄ in  
 anno propterea uideor residuum remit  
 tere. facit quod habetur extra de censib⁹  
 c. olim. & uidetur casus. s. qui. mo. usu  
 fruc. am̄t. l. is qui. quem nō. quia nota  
 bilis casus est. C. In glo. prima in fi. pri  
 mum puto uerius. s. q̄ requiratur ad mi  
 nus tempus. x. uel. xx. annorum per id  
 quod dicam. j. eo. l. cum quidam. §. Di  
 uis. C. Florianus.

**Q. VESITVM.** Gestor negotioꝝ  
 non tenetur ad usuras pecunie ociose si  
 dominus fenerari non consueuit. b. d.  
**E**t pro intelligentia huius partis ad  
 uerte q̄ in contractibus bone fidei usure  
 ueniunt altero de quatuor modis. Vno  
 modo quando sunt in stipulatione dedu  
 cte & d̄ isto nulli dubium. quia instructi  
 iuris uenirent. C. eo. l. quis. Alio modo  
 ueniunt ex quasi mora puta quando pe  
 cuniaz domini in usus suos conuertit. s.  
 eo. l. i. §. i. Alio modo ex pacto s. depo  
 fiti. l. Lutus. & l. dies sponsalioꝝ. &  
 istis tribus casib⁹ nō est dubiuz indistin  
 cte usuras non uenire. nullus tamen isto  
 rum hic comprehenditur immo hic addi  
 tur quart⁹ casus quo usura petitur p̄pter  
 negligentiaz que gestori obicitur quia fe  
 neratus non fuit quo casu sit distinctio  
 an dominus consueuerit fenerari ul non  
 ut hic. C. Nō. ex textu isto q̄ qui confor  
 mat se consuetudini alicuius intelligitur  
 se conformari eius tacite uoluntati. C. In  
 glo. ut. s. de pigno. actio. ibi secus si con  
 sueuerit fenerari ut. §. non tantum. dic  
 hodie autem secus esset cum usure omni  
 iure sint phibite ut dixi. s. eo. sup. Bica  
 ubi uide & non tenetur quis pro alio se  
 peccato subicere. s. de in litem iuran. l.  
 uideamus. in prin. & ita sensit ibi glo.  
 in dicto. §. non tantum. cui adde quod  
 nō. Dy. in simili in. l. cum plures. §. si.  
 j. de admī. tuto. C. Vnum tamen nō. q̄  
 ubi q̄q̄ oliz tales admīstratores tenebāt

fenerari. bodie uidentur teneri ad locan-  
 dum pecuniam ad honestum questum.  
 ar. extra de dona. inter ui. & uxo. c. per  
 uestras. Et hoc dixit notanter Bar. in  
 tutoribus in. l. Diuus seuerus. ad. l. fal.  
**I**n glo. secus si suos in fi. q. declara ut  
 dixi. s. circa textum. **U**ltimo no istu  
 textum qui cotidie allegatur attendi co  
 suetudinem patrifamilias uel contrabe  
 tis q. facit ad presumendum instrumen  
 ta confecta in fraudem usurarum. uel  
 confecta d. duplo uere sortis si hoc semel  
 cofueuerat. ita allegatur per Inno. & ca  
 nonistas. extra de pigno. c. illo ues. & d.  
 iureiuran. c. cum nostram. cum si. **I**te  
 scdm hoc facit ad questionem de equo in  
 pascuis dimisso q. licet sit ibi de perditio  
 uel deuastatus non teneatur comodata  
 rius gestor custos uel similes si dominus  
 hoc facere conueuerat. ad hoc. s. d. neg.  
 ges. l. si negotia. ubi de hac questione p.  
 glo. d. qua tangitur per Cy. in. l. nemo.  
 de epi. audi. & per Guil. in spec. d. loca.  
 §. postq. §. quid si tibi locaui boues zc.  
 Et hoc est uerum si alii de illo loco uel  
 contrata hoc comuniter faciebant. tunc  
 enim excusatur. ar. l. pignus. C. de pig.  
 acti. & s. de edili. edic. l. quid sit fugati  
 uis. §. apud labeonem. secus si dominus  
 hoc fatue faciebat. cum nullus alius dili  
 gens hoc fecisset tunc eniz pro hoc non  
 excusaretur. ar. s. depositi. l. q. nerua.  
 ubi lata culpa dolo equiperatur zc. licet  
 enim improprie culpa culpetur tamen in  
 alienis punitur. l. etiam. §. licet. j. solu.  
 ma. & hec uidetur esse comunis conclu  
 sio quam in paucis recitau. adde tamen  
 quod notauit Cy. in dicta. l. pignus. C.  
 de pigno. acti. **Florianus.**

**M**ORA IN SOLVENDO.  
**M**ora in restituendo fideicom  
 missuz rei singularis facit ueni  
 re etiam partum ancille que erat aliena  
 no testatoris. b. d. **I**n fi. glo. prime. sic  
 ergo ut omnia contraria tollantur intelli  
 ge istum principium in fideicomisso rei  
 singularis. & in ancilla que erat aliena  
 non testatoris & per hoc cessant contra  
 ria allegata. j. §. i. Et adde q. ibi itatiz  
 dicam. fuit etiam & hoc principiu alle  
 gatum. s. eo. l. in fideicomisso & si sic no  
 intelligat faceret nos prima fronte mis

sare. **Florianus.**

**CHERES ROGATVS.** Appella  
 tione redditus licet improprie continet  
 partus. ad hoc allegat Butri. uel sic. Ex  
 ceptio reddituum dispositioni inserta. i.  
 testamento uel ultime uoluntati disposi  
 tionem illam non ampliat in fructibus  
 medio tempore perceptis iudicio testato  
 ris. b. d. notabiliter. **N**o. q. uirtus &  
 natura exceptionis non facit in dispositi  
 one includi. q. alias scdm naturaz dispo  
 sitionis no includebatur q. uidetur bene  
 notabile & facit ad multa maxime atte  
 ta littera in. l. testamentis. de regu. iur.  
 ubi in testamentis fit larga interpretatio  
 zc. q. est utile ad multa. **I**tem no. q.  
 proprie loquendo aliud est fructus aliud  
 est redditus. de hoc no. s. de codi. inde.  
 l. si urbana. & facit ad nota per Guil.  
 in spec. de loca. §. i. in. §. p. l. t. facit etia  
 ad reseruacionem fructuum beneficioru  
 primi anni. de quo habetur extra de pre  
 scrip. c. si propter tua debita. in. vi. **I**  
 tem facit ad conceptionem libelli & in  
 petitione eorum fructuuz. facit. s. de rei  
 uendi. l. si nauis. de significato huius uer  
 bi redditus. & an legans redditum uide  
 atur legare usum fructum. uide texum  
 s. usufruc. quemadmodum caueat. l.  
 idem est. & j. de annuis legatis. l. liber  
 to. §. i. & de usufr. le. l. fundi trebaciani  
 in prin. **I**n glo. non tenetur in fi. ibi  
 l. in pecudiu. dic q. hic improprie appel  
 latur redditus continetur partus. ut. s.  
 dixi allegando istum textum. hoc autez  
 contingit duplici ratione. prima deriuat  
 e a dispositione testatoris qui redditum  
 excipiendo ad commodum grauati uidet  
 etiam & partum excepisse. Secda ex dis  
 positione legis qua cum sit rogatus resti  
 tuere post mortem ea que interim perce  
 pit iudicio testatoris percepit. & ideo no  
 debet restituere uel aliter dic q. non reti  
 netur. ideo partus hic quia contineatur  
 appellatione redditus. sed quia percep  
 tus fuit ante moram heredis. & ista est  
 satis formalis Ratio cum prece. confor  
 mis. Et hec no. ad intellectum. l. dedu  
 cta. §. hereditatis. ad Treb. & quod ibi  
 no. j. **Florianus.**  
**GENERATVS.** Idem uult q. prece  
 dens ideo summatus est. **I**n glo. hoc

in primo casu cum .ibi cum extranei he  
 redis Nō .ergo rei aliene nel etiam here  
 dis legate dominiuz non transire in lega  
 tarium adie mortis uel adite hereditatis  
 & sic nō .limitatōz ad .l. a Titio .j. d fur.  
 & def .i .l. si tibi homo .q . cum seruus . de  
 quo in .l. ii . C . de cōia de le . & uide bo  
 nam glo . in .l. Papinian⁹ . de serui . s . &  
 textum . j . def . ii . l . unum ex familia . q .  
 si rem . & quod dicitur . j . co . Herenius .  
 ¶ Eadem glo . in fi . ex pdictis ergo om  
 nibus pro intelligentia totius . l . conclude  
 q ubi grauatus in mora deprehenditur  
 tunc tenetur de fructibus & in uniuersa  
 li & patr . culari fideicommissario . sec⁹ ubi  
 in eo nulla mora quia tunc non tenetur  
 nec in uniuersali nec singulari . Aduerte  
 dum tamē q est differentia inter uniuers  
 sale & particulare quo ad hoc . quia in  
 uniuersali ueniunt ut ipsum principale  
 tanq̄ augmentum hereditatis . sed in sin  
 gulari ueniūt ut simplex accessio . ¶ Itēz  
 ex predictis est etiā differentia an lege  
 tur res testatoris . & tunc ueniunt fruct⁹  
 a tempore mortis . & dominiū in fideicō  
 missariuz transumptiue . An uero aliena  
 & tunc est differentia inter uniuersale &  
 singulare . nam in uniuersali ueniunt a  
 tempore mortis . In singulari a tempore  
 more . Adde tamen circa istos fructus  
 omnino quod dixi . s . in fideicommissi . in  
 prin . & . q . i . ¶ Florianus .

**DE**QUE EORVM fructuū  
 Possessor nō tenetur ad usuras  
 fructuum qui ueniūt iudicis of  
 ficio . & officium non debet deseruire offi  
 cio . ita allegatur . b . d . ¶ Florianus .

**LIBERALITATIS** . Vsure  
 liberaliter oblate reipublice uer  
 baliter non realiter non possunt  
 exigi . b . d . ¶ Pro euidētia premitte ca  
 sum . l . i . de pollicita . hic alle . ¶ In glo .  
 nisi ex mora . in fi . primām solu . hic posi  
 tam tenet in glo . in contrario que uerier  
 uidetur nec hic nec ibi aliquid dicit̄ pos  
 set hic trahi quod habetur in . l . iurisgen  
 tiuz . q . nuda pactio . s . d . pactis . ¶ Flo.  
**CV**M VSURE . Emptor nunq̄ ē  
 in mora prius q̄ ei sit tradita possessio rei  
 uendite . b . d . Regularis est casus & nō .  
 & aliter dicam in notabili . ¶ Item nō .  
 ex isto textu q̄ etiam fauor persone uen

ditoris non facit usuras currentes ratioe  
 more uenire ante commissam morā . & iste  
 est casus bene notabilis ad quem facit . s .  
 de rescindē . uendi . l . fund⁹ qui . ¶ Flo .

**VM QUIDAM** . Dicitio  
 ex tunc relata ad principiuz cō  
 tractus non operatur ex princi  
 pio ipsius cōtractus . sed ex principio na  
 scentis mora . b . d . & nō . ¶ Nō . hic d̄ ista  
 dictione tunc que sui natura notat tem  
 poris extremitatem . ut patet . j . de cōdi .  
 & demon . l . iiii . & de usufru . leg . l . uscr .  
 ex . sed si adicerentur alia uerba puta ex  
 tunc prout extunc . & econtra ista uerba  
 comprehendūt extremitatē utriusq; tem  
 poris & interstitias . i . mediations inter  
 utrunq; extremorum . ut nō . glo . in . l . i .  
 C . de codicil . j . de p̄bo . obli . l . si ita stipu  
 tus fuero si Titius . per Io . an . in cle . i .  
 de iure . patro . per Inno . de appel . c . pre  
 terea . per Arbi . de preben . c . dudum . p̄  
 prin . in . vi . super . p̄ . ex tunc q̄ etiam p̄  
 bat cle . i . de concess . preben . ubi etiam de  
 hoc & d̄ electio . c . q̄ sit periculosuz . & . c .  
 cupientes . i . R̄nso circa finem in . vi . cū  
 concordantiis ibi q̄ nō . quia talia uerba  
nō. glo. in. l. q̄ meo. §. si uenditerē. j. de acq. pos. q̄ tū dixi hanc negatiua improbabilem intellige nisi forte posset impunitari culpa reo. ut si renūciauit exceptiōi nō numerate pecunie. uel lapsum est bienniū ad ipsaz opponēduz q̄a tūc p̄bat nō numeratā fm̄ glo. l. nō intra. C. de non nu. pec. Et plenius de hoc ultimo. in. l. si ex cautioe in eo. ti sed Bar. dixit q̄ talis negatiua etiā nō cobartata nō est oio improbabilis. nāz poterit implorari iudicis officiū ut faciat fieri p̄ nuncios solemnez inuestigatōz & exploratiōz an talis fuerit citatus uel nō sicut & in fili fit discussio bonoz principal̄ p̄ hoc uide tex. del. ii. l. cū q̄da; §. si. cū. l. se. ubi hoc doctrina. & de p̄. ob. l. ita stipulatus. p̄. q̄ si abinitio. & sufficit si nuntii referat se p̄quisiuisse diligēter ab omnib⁹ q̄ uerisiter scire dāt & repisse q̄ talis nunq̄ fuit citatus. uel nō uenit bon. & filia. Poterit etiā & aliter iudex ingrere. s̄. fm̄ formaz l. magis puto. §. nō passim. j. de reb⁹ eo. & si referat nuntius se diligēter inuestigasse & nō posse reddi certū p̄sumit pro negate. j. ad trebel. l. ex polt fco. §. pe. ubi casus hoc p̄bans. in hiis enī casib⁹ in qb⁹ clara p̄batio nō pōt haberi sufficit si ex uehemētib⁹ oppinōib⁹ se informat. l. nō om̄s. §. ab arboris. de re. mili. Ita uoluit Bar. de p̄bo. obli. l. hoc iure. & illa que simul legunt ad unū ballū. ¶ Cui enī incūbit p̄batio hui⁹ negatiue tangit aliqd p̄ Inno. ext̄ de p̄ba. c. terciō loco. Conclufiue dic q̄ si q̄ aliq̄ est p̄sumptio ei incūbit & est rō. q̄a p̄sumptio iur̄ que est cōtra aliq̄e semp̄ transfert in eū on⁹ p̄bandi. C. co. l. siue possidetis. extra de p̄scrip. c. i. in. vi. de resti. spo. c. ulti. eo. li. ¶ Ex quo nō. pulcrā cōclufiōz q̄ ubi p̄posita negatiua ex iuris dispositioe d̄z cōstare p̄ scripturā de actu affirmatiuo ḡrio. tūc nunq̄ negati incūbit onus p̄badi. sed ḡriuz affirmati. extra de appel. c. cordi. in. vi. ubi exemplū. & patz in fili bus casibus nōtis in. l. cū trahit. s̄. d̄ pigno. & pleni⁹. extra de cenf. c. i. in. vi. ubi hēq̄. xxviii. uel. xxx. casus p̄ Io. an. enumeratos. nā ex quo ius disponit scripturā necessariā in casu aliquo. & actus ille nō p̄sumit nisi d̄ scriptura appareat cū iurisdifpositioe hec solemnitas cū sit

extrínseca nō presumat̄. s̄. de publici. l. quecūq; in fi. & sic dcā p̄sumptio facit. p̄ negatē cōtra affirmatēz ideo affirmas p̄bet. Ita nōnter dixit Io. calde. extra de elec. c. bone memorie. adde tñ Inno. de eo qui fur. ordi. suscepit. c. innotuit. circa fi. glo. uide etiā qđ tangit Io. an. d̄ re iudi. c. sicut. ad fi. sed si qđ nullū est p̄sumptio tūc onus incūbit ei qđ inde suadat intentōz suā siue sit actor siue reus. unde si ex cā actionis actor p̄bet illā dīcta. l. hoc iure. & l. ita stipulat̄. p̄. qđ si ab inicio. & est casus. C. de fabricē. l. si qs. li. xi. Idez si est cā exercitiū mee actio nis ut qđ nō possuz agere cōtra pignoz possessores nisi cū principal nō est soluedo. hoc p̄babo. probabitur aut̄ fcā discufsiōe s̄z aut̄. hoc si debitor. & qđ ibi nō. C. de pig. & de fideiuf. aut̄. p̄nte. uel si esset notoriū ipsuz nō esse soluendo s̄m nōta. s̄. si cer. pet. l. fi. ubi casus. & l. de cem. de p̄. ob. siue sit cā exceptiōis puta nō debes audiri qđ nō fuisti in exercitu nō soluisi gabellā collectas & similia. p̄bat enim hoc excipiens s̄m Bar. in. l. hoc iure p̄alle. & Butri. hīc Inno. & Hostiē. ext. de accusa. c. super hīs. Et hec nō. quia faciūt ad m̄lta. C. Ea. circa fi. ibi ext. de testi. ex tenore. Et ibi de ista indirecta probatione uide bonum casum & ibi etiā Inno. tangitur etiā per glo. iiii. q. iiii. si quis testibus. in glo. ii. C. VI timo nō. ad materiā huius glo. qđ plus creditur duobus testibus asserentibus affirmatiuam q̄ centum astruentibus negatiuam. Item nō. Inno. de uer. si. c. ueniens & c. quid per nouale. & hoc sentit glo. i. l. d̄sem p̄ferre. & si plures. s̄. de arbi. & de p̄scrip. ext. c. i. in vi. ubi glo. ordi. Ratio quia negatiua non ita se offert sensui ut dictum est in alio articulo. s̄. Idē indeponentibus super consciēciā uel aīo alterius scđm eundem Inno. extra de renunq. c. quia propter. Et hec sufficiant circa. l. istam. Florianus.

**Q**UAM TACITUM. Tacitū fideicommissum in secundo testō intelligitur repetituz nec presumitur mutata uoluntas. b. d. Et nō. hāc l. quia uidetur facere qđ si in testamento est factum alicui relictum cum prohibitiōe ne alienetur ext. familiam & postea

in secundo testō est relictum simpliciter qđ uidetur repetita prohibitiō alienationis. ad idem facit. l. statuis. in prin. j. de iure fil. Ad idem etiā uidet̄. j. de adim. lega. l. legatum. Contrariū tamē tenuit dy. quia uoluntates sunt diuerse idez & Bar. ar. del. iiii. l. si de iure. non ob. hec l. et. l. statuis. qđ hīc et in illa odium heredis qui tacitam fidem assumpsit de restituendo non capaci non obstat etiā. l. legatum quia loquitur quando fit translatiō legati in alium non autem est uolūtatis mutatiō. Sed questiō p̄posita qñ tota uoluntas cassatur et ad aliam peruenitur. ita rñdet Bar. in dicta. l. statuis. quem uide. Ex glo. magna circa. fi. ibi & agit fiscus. dic̄ circa hoc latius Aut quis defertur ab extraneo. Aut a se ipso Aut ab extraneo & etiāz a se ipso. Si ab extraneo tunc extraneus habet terciā ei⁹ quod applicatur fisco. l. edicto. & estat. de iure filii. & hec ueritas quicqđ dixerit glo. in. l. iiii. C. ad l. fal. Si a se ipso. tūc Aut ipse qui se defert erat incapax p̄pter suum delictuz nīl habet dato qđ se deferat dicta. l. edicto. & eos. Aut erat incapax ex alio iure qđ p̄pter suum delictuz tunc distinguit̄ heres a fideicommissario naz Aut heres non erat rogatus de restituendo. & lucratur dimidiā. l. senatus & senatus. j. de iure fil. Aut erat rogatus Tunc si ipse heres erat capax sed is cui debebatur fieri restitutiō erat incapax. tunc debet habere terciā om̄z bonoruz C. de hīs qui se d. fe. l. i. li. x. ubi casus Fallit in uxore defuncti que dimidiāz consequitur ut ibi. Sed si tam heres q̄ is cui est restitutiō fīda erat in capax tūc glo. uidetur uelle qđ habeat dimidiā per dictū. & senatus. Sed pe. in. d. l. i. tenuit qđ. ex eo quia tunc incapax esset melioris conditionis q̄ capax cū capax consequit̄ solum terciā ut dixi. Idem ergo dicit̄ in utroq; casu ut terciā tantū consequat̄ Sin aut̄ fideicommissarius se deferat tunc habeat dimidiā dōdratis l. cum tacitū de iure filii. hīc all. & hīc in prima glo. Tercio casu principalī quando ambo cōcurrunt ad deferendū ipse & ali⁹ Tūc si hec delatiō fit ante aptas tabulas prefertur se deferens Si post apertas melior est occupantis conditiō dicta. l. edicto.

Et cum ante tenementi ista uerba quae est una extranea materia ¶ Florianus.

**E**MPTOREM. Ista .l. dicitur iun-  
gi cum .l. cum probatio .j. eo. nam hec .l.  
dicitur cui incubit onus probandi. illa  
autem quod probet pro qua euidentia promitte quod  
uidentis seruum morbosum uel fugitiuum uel al-  
uiciosum tenet id emptori exprimere et ei ca-  
uere .s. de edili. edic. l. i. §. i. et. l. si uen-  
ditor. al. pot. agi redibitoria ut fiat redi-  
bitio. i. gētus retentatio & exempto & q̄to  
mioris. l. pot. agi poterit etiam peti exti-  
matio reze ablatay p̄ ipm seruū si fugit  
apud ēptorē. eo. ti. l. q̄ro Et ex hīs colligē  
ge utilitatē istay duay legū & b. d. p̄ba-  
re seruū anq̄ emeret fuisse fugitiuum ipec-  
tat ad emptorē q̄ si alr p̄bari nō pōt po-  
terit seruus torq̄ri et eius cōfessioi stabit  
b. d. cū. l. cōpbatō. j. c. itex. ibi fugisse. i.  
fugitiuū fuisse. ¶ In glo. l. cū p̄batio q̄  
erat necessē ibi semiplena p̄batio dic de  
hoc ut. s. ¶ Ea. ibi nō incipit imo ḡfessio  
extorta nō p̄iudicat nō p̄cedētib⁹ iudiciis  
etiā si in ea p̄seueret. j. de questio. l. pe.  
ubi singl̄ris caus̄ fm unā lect. fm bar. ibi  
q̄ singl̄riter noto & p̄ hoc sel̄ defensabā  
unū tpe dñi guelfi de prato. ¶ Sup̄ glo.  
in. l. cū p̄batio & sic dicitur delictū ibi t̄ide  
iussoris Dol. pōt dici hoc speciale ne facul-  
tas p̄batinuz angustet. C. de here. l. q̄m  
uel dic latid fm dy. i. prin. in dcā. l. i. de  
aucto. tut. q̄ q̄n aliqd p̄ se sepatuz ab alio  
est p̄hibitū si id necessario sequit̄ ad po-  
sitioz alteri⁹ p̄missi q̄ nō licz directo li-  
cet p̄ gniaz ut ibi & s. de pact. l. si un⁹  
& illud & de usucap. l. si aliena. §. hoc  
iure. & de libe. le. l. si is q̄ duos in. ti. &  
s. de inintegr. restitū. l. nō solū & de ac-  
cep. l. & p̄ iulur. §. & si fideiussori Si uō  
id p̄hibitū nō sequit̄ necessario ad p̄mis-  
sum tūc quod nō licz directo nec per ḡse-  
quētiaz .s. de hīs. q̄. no. in. fa. l. atteletas  
& siue aut. j. de dona. iter uī. & uxō. l. si  
sponsi. §. i. cū sy. Item p̄missū non pōt  
p̄cedere sine p̄hibito quod nō licz direct-  
o licet p̄ cōsequētiam. C. de iudic. l. quot.  
hee sūt tres cōclusioēs quas ex isto brocar-  
do sumo ex dy. & bar. uel dic alr fm pe.  
q̄ ubi gnā est necessaria tūc quod nō fit  
directo p̄ obliq̄z cōcedit̄ dcā. l. i. i. pri.  
de auct. tut. Secus ubi non est necessaria  
s. d. tut. zcur. datj ab hīs. l. scire opz. §. i.

posset & alr dici q̄ ubi p̄hibitio fit i odi-  
um p̄hibiti tūc quod p̄hibet directo p̄-  
hibet & in gnā ut. l. s. alr tis p̄ hac pte  
sed ubi nō est in odiū p̄hibiti tūc si utro-  
biq̄ est eadē causa p̄hibitiois ad huc idē  
.l. q̄ uno p̄hibito zc. s. de trasac. l. cū hū  
& si cū lis. s. ubi nō est eadē cā p̄hibitio-  
nis nō uidet̄ p̄hibituz. l. in gnām dcā. l.  
.i. in pri. de aut. tuto. x. j. ad trebel. l. i.  
& fuit questum. ¶ Florianus.

**I**N B EA PARTE. Qui negat  
ius dicitur p̄bare ad hoc alr. z ita al-  
legauit glo. s. eo. l. ii. fit aut̄ hec  
p̄batio p̄bando factū ut ibi fuit notatu  
uel sic in iudiciis & ext̄ allegas qd factū  
ext̄ ius uel solemnitatē deficere dicit̄ illud  
p̄bare Inno. ita sentit ad intellectū hui⁹  
.l. ext̄ de hīs q̄ fur. ord. iul. c. innotuit  
in fi. nō ergo q̄ ubiq̄q̄ allegat̄ factū de  
iure nō tenere negati incubit onus p̄-  
badi. & sic si dicā gētū nō tenere q̄a suz  
mior debeo p̄bare similit̄er si dicā sniaz  
nō tenere q̄a iudex erat excoicat⁹ debeo  
hoc p̄bare ext̄ de rei iudic. c. ad p̄bandū  
Quid aut̄ si neget̄ iudic⁹ iurisdictionē glo.  
hic uidet̄ scire q̄ idē. l. allegas p̄bet hoc  
aut̄ p̄cedere pōt si esset p̄sumptio q̄ negā-  
tem ut q̄a iudex esset in possessione uel  
quasi officii sui alr non oportz p̄bari ne-  
gatiuā q̄a officium nō p̄sumit nisi p̄bet  
fac qd nō in. l. i. C. qui & ad uers. quos  
ubi nō. glo. q̄ singularis est et de ista ne-  
gatiā officii tu nō es iudex nō tabellio zc  
Vide Inno. in c. i. ext̄ de fide istrū. p̄ cy  
aliqud i. l. cōpatōes. C. d. fide istrū. & eti-  
am aliquid in. l. barbari philipp⁹. s. de  
offi. p̄tor p̄dictis adde q̄ tales exceptōes  
opposite iudici q̄ sit infamis suus uel mu-  
lier uel alit̄ morib⁹ uel legib⁹ p̄hibeat̄.  
cum sint declinatorie iudiciū an̄ litē ḡtes.  
sunt p̄ponende & p̄bade secus in hīs q̄  
natura p̄hibet̄ ut turioso cū iura natura-  
lia sint immutabilia & sic q̄ncunq̄ op-  
poni possunt insti. d. iur. nali §. ius nale  
v. di. in prin. itē secus in hīs q̄ iudicio p̄-  
hibetur ut in puberes fm. Inno. ext̄ de  
Bxp. c. fuscitatj. ubi oio de hac mā uide  
¶ In glo. sup̄ uerbo alr specialiter incipit  
ut q̄a est litis redemptor ibi p̄sumit fieri  
posse de iur. hoc intellige quo ad solem-  
nitatem intrinsecay & formalem que est  
uniformis secus autē quo ad solemnitatē

materialē ut est q̄tuz ad q̄tuz uenditio-  
nis p̄tuz q̄d nō p̄sumit̄ interuenisse icer-  
tum nisi hoc appareat. insti. de q̄ben-  
emp & pretiū. & hoc qa bec solemnitas  
malis est dātoris. Naz pretiū p̄t esse  
multiplex hanc rōz ponit Cy. polt Pe. in  
l. i. C. de q̄ben. & cōmit. stip. ubi Cy.  
& Bar. in l. sciendū. de p̄. ob. Itē q̄d dīc-  
hic glo. līmita. ut j. dicā. ¶ Ea. ibi. C. d̄  
fide instr. & iure ast. fil. l. i. z. ii. aduer-  
te qa ibi loq̄tur d̄ solemnitate extrinseca.  
& tñ illa f̄m glo. dū ipsaz allegat p̄ cō-  
cordātia p̄sumit̄ q̄ est cōtra regulā. que  
cunq̄. in fi. ubi intrinsece nō extrinsece  
p̄sumit̄ solemnitas. s̄. de publi. sed glo.  
ibi in dcā. l. i. d̄ fide instr. & iure ast. fil.  
li. x. dīc̄ eaz p̄sumit̄. s̄. si de ea in instru-  
mēto sit mentio q̄ intellige f̄m Butri. q̄n  
tpe cōfecti instrui illa solemnitas potuit  
intercessisse. insti. de fideiul. & fi. als nō  
p̄baret p̄ autj. si qs i aliquo documto. C.  
de edendo. & in tali solemnitate est uerq̄  
q̄d dicit illa glo. s̄. d̄ limitatiōe Butri. po-  
ne exemplū. ut qa d̄r in scriptura. Vīso  
instrūo debiti habita fide q̄ tale est iustū  
p̄tuz rei scā subastatiōe zc̄. certe hoc  
instrūm p̄bat q̄ de debito cōstet q̄ & illd̄  
est iustū p̄tuz. qa hoc tpe uenditiōis po-  
tuit fieri sed nō p̄bat subastatōz. qa illa  
nō potuit fieri illo tpe cū debuerit stare  
xx. dieb̄. dcā. l. de fide instr. & dīc̄ ut  
ibi & de ordine tenēdo in uenditiōe rei  
fiscalis ubi glo. magna. Ita intelligebat  
Butri illā glo. ut nō. p̄. eū. in. l. optimā.  
C. de q̄ben. & cōmit. stip. & l. ii. j. d̄ fi  
de instr. adde tñ Inno. de sta mā. ext̄  
de testi. c. albericus. in. iii. glo. & de off.  
del. c. cum in iure. in glo. hic uidet̄. p̄.  
alii aut dīcūt zc̄. sed forte & alio modo  
posset intelligi illa glo. s̄. ut dicam̄ q̄ lo-  
quat̄ q̄n decretū interuenit & tūc. ut cū  
decretū interponat̄ demū cā cognita. l.  
cū hīi & uult̄ igit̄ oratio. & q̄. si p̄tor. &  
q̄d ibi nō d̄ transac. & sic demū p̄ceden-  
tibus omnibus solemnitatibus substantia-  
libus ad q̄tū p̄sumant̄ oīa solemniter p̄-  
cessisse & agitata fuisse etiāz si illa cōcer-  
nant solemnitatez extrinsecā secus si ad  
q̄tuz sit deuentū & legitime. nō tñ inter-  
uenit decretū qa tunc subastatiō & filia  
nō p̄sumunt̄ nisi f̄m p̄dicta in quo tñ co-  
gita qa erit magni effect̄. sed q̄ p̄dicta

uidet̄ dcā. l. optimā. ubi scriptura p̄bat  
inter easdez p̄sonas etiā ea que nō potu-  
erūt tūc interuenire. sed r̄nde q̄ illa. l.  
d̄z intelligi q̄ uerba enūciatiua solemnī-  
tatis cui p̄tes possent renūciare als secus  
exemplū si mīor uel ecclesia uēdidit &  
d̄r instrūm uenditiōis ecclesie p̄cedentib̄  
tractatibus. ul̄ in instrūo uenditiōis rei  
mīoris sit mētio alicuius solemnitat̄ que  
nō potuit tūc interuenire. certe nō p̄bat  
qa nō possz illi renūciare. l. doli. p̄. diuer-  
sum. de nouatio. q̄d nō. & nō. in. l. de tu-  
tela. d̄ in integ. resti. mi. fac̄ q̄d nō. Inno.  
ext̄ de p̄ba. c. q̄m cōtra falsaz. als esset  
inuēta uia fraudādi mīores. ar. s̄. d̄ trāf.  
l. cū hīi. & si cū līs. Itē cōtra p̄dicta uide-  
tur facere q̄ imo etiā solemnitas extrin-  
seca p̄sumat̄. ext̄ de hīs q̄ fi. a p̄la. sine  
cōsen. capi. c. cognoscit̄. ubi cap̄m p̄su-  
mit̄ cōsentire. sed illud p̄t dīcere cōtin-  
gere p̄pter p̄ntiaz & taciturnitatē cap̄lī  
ut in silī d̄r in filia. in. l. ii. & in uolūta-  
te. j. so. ma. secus si nō esset p̄ns. & ex pre-  
dictis. & dcā. l. optimā. terminari uidet̄  
q̄ si appareat p̄missio q̄ titi tibi centū  
p̄misit tanq̄ fideiussor gay. q̄ gāius ē ob-  
ligatus tibi a dcā centuz ex cā mutui q̄  
tale instrūm p̄bet obligatōz principalis.  
Itē sunt utilia ad questōz petentj execu-  
tionē instrūi cōseruatiōis idemnitatis ut  
nō teneat̄ p̄bare se alii obligasse p̄ dicto  
agēte si d̄ illa obligatiōe sit mētio in dcō  
instrūo. q̄ est nōnduz & secundū predi-  
cta uidet̄ intelligendum q̄d glo. dīcūt in  
l. sciendū. de p̄. ob. ¶ In glo. magna in  
fi. cōclude latī si dubitet̄ an solemnitas  
p̄sumat̄. qa aut q̄ris de extrinseca. aut d̄  
intrinseca. Primo casu si d̄ ea nō sit mē-  
tio in instrūo nō p̄sumit̄. l. quecūq̄. i. fi.  
de publici. ubi calus. sed si de ea sit men-  
tio p̄ uerba enūciatiua. s̄. uis̄ subastatio-  
nibus & si. tūc si est possibile eā interue-  
nisse tpe cōfecti instrui stat̄ instrūo insti-  
tu. de fideiul. & fi. & ita intelligit̄ glo.  
C. de fide instr. & iure aste. fi. l. i. li. x.  
& ita limitauit Butri. in dcā. l. optimā.  
uel aliter illa glo. posset intelligi. ut. s̄.  
dixi in. p̄. sed forte. & alio mō. sed si nō  
fuit possibile solemnitate illā tūc intrerue-  
nisse cū instrūm cōficīt. dīc̄ tunc q̄ inter  
easdez p̄sonas p̄sumit̄ dcā. l. optimā. q̄ in-  
tellige si ē talis solēnitas cui p̄tes possent



renunciare al's secus. ut. s. Inter al's autē  
 psonas non psumit aut. si q's in aliquo.  
 C. de edendo. Scdo casu principali d in  
 trínseca solemnitate dic aut de máli nō  
 psumit ut p'riuz. insti. de cōtrahē emp.  
 §. p'riuz. aut de formali. & psumit p in  
 itm. dicta. l. sciendū. aut de ea quā na  
 tura uerb. x est apta cōprehendere ut d  
 solemnitate a teste plata. tūc dic in testi  
 bus nō psummi nisi pbet. l. i. C. d. usur.  
 ubi casus. sed in instruo intelligit insti.  
 de in utili. stip. §. si scriptū. & que sit  
 rō differētie inter testes & instrua. uide  
 Cy. in dicta. l. i. de usur. & Bar. in dcā  
 l. sciendū. ubi dicūt q' cū testis d. beat te  
 stificari de his q' sensu pcepit. l. q' testā.  
 de testamētis ubi casus non pōt sensu pci  
 pere qd sit fideiubere uel stipulari cū sit  
 nomē iuris. sed ps pōt scribere q' fideiuf  
 sit ul' mādare notario q' scribat & stabit  
 q' se tali scripture. uel pōt dici q' est alia  
 rō q' d. m. testis d. z. necessario concludere  
 ut pbet. C. eo. ad pbatōz. al' interpretat q'  
 pferentē. ext d. pba. in pntia. C. Ultmo  
 ad materiā huius. l. aduerte qd dic Inno.  
 q' in ext iudicialibus psumit solemnitas  
 secus in iudicialibus. & hec intellige in  
 trínseca nō extrínseca. unde si apparet  
 iniatuz nō p'pterea psumit iniaz lata sic  
 regit. l. si. de sen. expi. reci. uel alia acta  
 solemnitate p'cise nisi pbet. ext de pba.  
 c. qm q'. Item si appareat appellatio in  
 actis. nō p'pterea psumit interposita in  
 scriptis. & hec uera nisi in his q' reliquē  
 iudicis arbitrio ut in dilatiōib' & si. j.  
 de iure delibe. l. i. §. si. Itē in his que pti  
 nent ad eius officiū ut in restitutioe fru  
 ctuū & impensaz in lite factaz. insti.  
 de offi. iudi. §. i. & p totū. s. de rei uen.  
 l. plane. ubi de fructibus rei petite p tali  
 bus enī psumit lz in iudicio fiāt. & sic li  
 mitat qd nūc dixi. Ita dic nō. Inno. ext  
 de eo q' de fur. ordi. sus. c. innotuit. & p  
 hoc facit qd alibi ipe idez notat q' in di  
 lat. oib' arbitrariis sicut sunt dilatiōes ad  
 cōcludendū in cā. & om's alie in qbus ex  
 p'sse nō cauet q' nō sint arbitrarie. Iudex  
 nō tenet seruare solemnitatē citationū.  
 nec poterit appellari p'pterea q' psumit  
 p iudice in his que sunt in suo arbitrio.  
 ita dicit notāter Inno. ext de accus. ad  
 petito. ad ti. glo. Subdit aut in dcā de

cretali innotuit q' cōtra p'batōes q' p'ce  
 dūt ex p'sumptionibus tm d' facili admit  
 titur p'batō in cōtrariū & etiā de facili  
 iudex ingrit. sed cōtra p'dictā doctrinaz  
 Inno. q' dicit in extrasolemnitatibus pre  
 summi & nō in iudicialibus. uideēt casus  
 j. de fideiuf. l. cū oñdim' §. si. ubi fortid'  
 psumit p actu iudiciali q' ext iudiciali.  
 sed pōt rñderi q' hoc opetur ibi pupilloz  
 fauor qui est in duob' ut ibi. C. Flo.

**P**ATRONVM. Quis fraudem  
 allegat tenet ipam manifeste p  
 bare. b. d. uel sic. si patron' reuo  
 cat alienata p libertū in fraudē. fraudem  
 & dolū p'bare d. b. d. nō. casum in quo  
 regrit manifesta p'batō dr aut māifesta  
 p'batō p'sumptio iuris. fm glo. nō. q' tñ  
 p singl' allegat. C. de pi. tut. l. si tutor.  
 quā nō. in li. tuo. nō tñ puto q' talis p'ba  
 tio sit ap'issima uel dubitata. ut p'bat in  
 l. sciāt. C. e. gūcta glo. sua q' ult' ē. z gū  
 cta. l. si q' adulteriū. C. d. adulteriis. unū  
 adde q' ubi lex regrit p'batōz māifestā nō  
 stat p'is iuramto. C. d. pig. acti. si credi  
 tor. & ibi Bar. hīc. Idez si lex regrat p'ba  
 tiōes legitimas nō glo. j. eo. cū indebita.  
 in prin. Cōtra hoc tñ uideēt facere qd nō.  
 glo. in autj. ut iudī. sine quoq' suffra. §.  
 necessitate. sup uerbo furat'. oñdet q' dic  
 uel p testes uel p sacramentū. & idez sen  
 tit in. l. si. §. in cōputatione. C. de iure  
 delibe. sed pōt dici q' in illis nō regrebat  
 p'batō legitia. i. cū hoc adiucto legitia.  
 Quid aut si regrat p'batō ap'issima uid  
 qd nō. in. l. si. in prin. s. q' me. cā. Item  
 an euident & māifesta p'batō egpolleat  
 nō. C. de iure delibe. l. qm fororē. & del.  
 i. l. licet. & l. si uero §. q' p rei q'itate. q'  
 fa. da. cogā. Itē q' sit differētia inter p  
 babile & manifestū. uide nōta extra de  
 p. sig. c. cū olīm. & p Archi. xi. q. iiii. c.  
 eoz. C. In glo. inter uiuos aliogn zc. ibi  
 §. si q's impubes. melius. j. d. fal. l. si q's le  
 gatū in fi. C. Ea. ibi. §. luti'. & illū tex.  
 nō. q' cotidie allegat q' iufficit libellū pre  
 sumptiue gcludere. & aduerte q' qd glo.  
 dicit de alienate totū uideēt idem dicen  
 dum si nō oia sed q' totū patrimoniūz  
 alienauit. ar. j. del. iiii. l. nomē. §. filio.  
 ubi hoc uideēt p'bari cōiuncta ibi glo. q'  
 incipit ex hoc. Conclude ergo p'dicta oia  
 q' querit de alienatiōe inter uiuos debz

patronus probare fraudem ut hic nisi sint  
 omnia bona alienata quia tunc fraus presumitur  
 dicto. & lutiis. ul. quasi omnia. ar. dicti &  
 filio. & quod ibi non. sed si querit de aliena  
 tione in ultima voluntate uel de libertatibus  
 fideicommissariis tunc sufficit solus euentus  
 si quod recipiat diminutum patrimonium nec hinc  
 aliquid necesse probare patronus. l. i. & i. si  
 quod in fra. pa. & in his locis non potest. l. ista.  
 sed si loquimur in libertatibus directis tunc  
 tunc competant ipso iure oportet fraudem pro  
 bari. & sic posset loqui lex ista. & sic ea  
 exemplificabat. Ia. bu. & aduerte quod glo.  
 hic loquitur de omni alienatione. sed. & lutiis.  
 solum in donatione quia titulo lucratio trans  
 ferunt. pro hoc fac quod non. j. eo. l. q. testum.  
 ¶ In glo. ultima ibi per fauianam de ista &

de aliis reuocatoriis uide plena &  
 bona glo. l. i. si quod in fra. patronus  
**VM PROBATIO.** Lecta fu  
 et cum. l. iiii. s. eo. dic ut ibi.

**SI FILIUS.** Hec. l. uidez idez  
 uelle quod. l. qdam. j. eo. dic tunc quod in  
 hoc differunt quia hic negabat se fili  
 um. sed in. l. qdam. dicebat se filium. sed  
 non probabat. & ista hoc intendit quo ad  
 onus transferende probationis attendit quod  
 possessio. h. d. & per declaratioe huius. l.  
 uide oio quod dica. j. eo. l. qdam. ¶ Flo.

**SI PACTVM.** Omnia pacta  
 regulariter sunt adherende trans  
 toria. ita allegat. uel sic Pactum  
 in dubio non debet presumi personale sed  
 reale & transmissibile. h. d. & loquitur hoc  
 l. in pacto expisso. idez tunc in tacito quod in  
 dubio etiam interpretat reale. s. de pac. l. ta  
 le pactum. in prin. non. quod dicto plerumque fa  
 cit regula cor. s. como. l. si ut certo. &  
 com. dat. & est utile ad. l. iiii. & i. s. de  
 offi. prefec. iurg. Itē non quod presumptio trans  
 fert onus probandi in eum qui aliter probare non  
 debet. & dixit Butri. quod ex hac. l. collig  
 git ratio quare stipulatio condicionalis trans  
 mittat ad heredem. insti. de p. ob. & ex co  
 ditionali. & non legatum condicionali. l. i.  
 & si aut sub conditioe. C. de cadu. toll.  
 cuius est ratio. quia stipulatio condicionalis hinc  
 ipse transmissibile legatum non. huius ratio  
 colligitur ex hac. l. quia testator testando  
 respicit solum personam legatarii contrahe  
 tem presumit ita uelle prouidere heredi sic  
 & ibi per banc. l. Itē non. pactum in dubio

reale ut dixi. Idez in concessione dic quia  
 indubio presumit realis. extra de insti.  
 c. cum uenissent. Idem etiam dicit quod  
 in privilegiis quod indubio presumatur re  
 ali & perpetua per l. forma. & q. j. de cen.  
 quem casus non. In iuramento aut an sit  
 reale uel personale. per Inno. extra de iure  
 iuran. c. ueritatis. ubi dicit quod ex parte iu  
 ratis est personale. sed ex parte eius cui iu  
 ratur est in rem. & hoc facit natura iura  
 menti. cum ex parte iuratis sit solum spale quod  
 ab anima separari non potest secundum eum. & ideo  
 heredes semper debent nouare iuramentum  
 fidelitatis quia ad eos non transit iurame  
 tum defuncti. ita non. s. de usufru. l. si cu  
 ius. & i. facit. l. generaliter. C. de reb. cre  
 di. Conclude tamen latius an pactum transeat  
 ad heredem quia aut conficitur super obliga  
 tione aut liberatione aut dominio uel tra  
 ditione. Primo casu aut promittitur ius aut  
 factum. si ius aut ius de sui natura non est  
 transmissibile ut si promittitur usufructus.  
 tunc est personale ex parte stipulatoris. l. sti  
 pulatio ista. & si quis ita. de p. ob. c. b. de  
 nouatio si usufructus. & ideo ad heredem  
 non transmittitur ius usufructus. si tamen debi  
 tor fuit in mora bene transmittitur ius  
 agendi ad interesse pro preterito tempore. j. de  
 usufru. l. si usufructus mihi in biennium.  
 & idem in emphiteosi ecclesie ut non trans  
 mittatur ad omnes sed ad quosdam tamen secundum  
 naturam contractus emphiteosis & rei eccle  
 siastice. nam ubi talis emphiteosis simpli  
 citer conceditur non transferunt ultra terciam  
 generatorem in aut. de non alie. & emphite  
 olim uero. & j. so. ma. l. etiam quod uerum. ni  
 si fiat mentio heredis in stipulatione em  
 phiteosis. ut non. Ia. de are. & Cy. C. de  
 oper. liber. l. liberti. sed spec. dicit quod etiam  
 tunc non intelligitur de quolibet herede.  
 ita non in spec. de testa. & i. s. sed pone.  
 nam ex natura rei obligatio indiffinita  
 cotrattatur ut tangit Dy. de p. ob. obli. l.  
 in conuentionalibus. & ad Treb. l. ex fa  
 cto. & si. facit quod non. Ia. de are. l. dani.  
 de damno infec. sed si ius est sui natura  
 transmissibile. tunc si promittitur pure trans  
 mittitur idez si post mortem. C. ut actio.  
 ab heredi. & contra here. l. i. si sub conditio  
 ne aut stipulator purificat eam & idem.  
 aut decessit conditioe non impleta. & tunc  
 aut erat potestatiua. & in eius potestate

collata. & non transmittit. l. q. rome. §. augerius. de p. ob. fallit in. l. ii. C. d. pac. inter emp. & uen. d. quo Bar. in. l. si de cem. cū petiero facit magnū festū. & rō est q̄a ibi ex illo cōtractu aderat aduersario. ul' q̄a illud pactū est q̄dam capl' m cōtractus transmissibilis. & ideo sequit' eius naturā. & hec uidet' ueritas. licet quīdam intelligāt illā q̄n fuit scā mētio here dis. Circa q̄d adde q̄d nō. de cōdi. & de mon. l. a testatore. & p. Cy. d. cōdi. inser tis. l. si plures. sed si erat alio cōditio regulariter fit transmissio de in diem adie ctione. l. si predio. d. p. ob. l. q̄nta. §. si. ¶ Sin aut p̄mittitur factū tūc refert an sit tale q̄d sui natura coheret p̄sone & nō transmittitur. l. i. §. ne autem. C. de ca du. toll. ratio est quia obligatio naturaz imitat'. unde sic natura nō trāsīt in aliū nec obligatio. sed si nō coheret p̄sone tūc aut concipit' negatiue aut affirmatiue. si negatiue aut concipit' p̄ uerba de p̄nti ut p̄mitto furē nō esse tunc transmittit' ad heredem quia cōtinet' interesse. j. d. euic. l. si ita q̄s. aut p̄ uerba de futuro ut non impedire ire agere. tūc dic' q̄ si p̄cedit cō tractus de cuius natura obligatio transit ad heredez pactū censet' reale & trans mittet'. s. de acti. emp. l. emptorē. §. qui aut. & de usu. l. si stipulatus. sed si cōtra ctus talis nō p̄cedit tūc attende an ex parte stipulatoris ul' p̄missoris. f. forme' questio. q̄a si stipulatoris uidet' q̄ trāseat ut nō. d. p. ob. l. si sic. ubi p. Bar. uide. & uidetur p̄bari p̄ hūc tex. si p̄missoris tūc nō recedetur a p̄sone. ar. s. d. pac. l. iurif gentiuz. §. pactoz. & q̄d ibi fil' is distīn ctio. f. an p̄cedat alius cōtractus de cuius natura zc. habet' d. p. ob. l. stipulatio ista in prin. sed si concipiat' affirmatiue ut d. aliquo dando zc. tunc transit stipulatio ad heredes. d. cōtrahen. & comit. stip. l. ueteris. Ratio differentie quare magis trāsmittit' factū affirmatiue q̄ negatiue est quia negatim interim affert utilitatē affirmatim nō nisi transmittet' quia non trahit' secu' executoz sicut negatiuuz. Ita nō. Cy. in dicta. l. ueteris. ¶ Secō casu principali q̄n pactū est conceptuz sup li beratione uel defensione tunc si tale pactū est personale ut puta de nō petendo zc. nō egredit' personam. s. de pac. l. nisi.

& in. l. qui in futurū. §. i. sed si est in re uel in personale quia fit pactum simpli citer de non petendo uel est liberatoriuuz tunc transit in quemlibet etiāz singulare successorem. l. fluminuz. §. addicitur. de aqua plu. ar. & ibi nō. sed si dubitat' dic' aut est personale in uerbo obligatiuo & executiuo ut p̄mitto tibi q̄ non petam a te tunc non censetur transitorium. di cta. l. qui in futurum. & in hoc non ueri ficatur nostra. l. aut est personale in uer bo obligatiuo impersonale uero in execu tiuo ut promitto tibi q̄ amplius non pe tetur tunc dic' q̄ est reale quia persona uidetur adiecta loco demonstrationis & acquisitionis inchoande non limitande neq̄ ut artet pactum dicto. §. pactoz. aut est impersonalitas in uerbo obligati uo ad non petendum & in executiuo ut promitto amplius non peti tunc dic' idē l. q̄ erit reale quia persona subintelligit' in uerbo obligatiuo nō executiuo & maxi me quando pactum non est gratuitum ut est trāfactio. & l. cū mota. C. de trāf ac. sed si dubium qualiter uerba fuerint formata dic' puta testis se interfuisse q̄n titius fecit pactum de non petendo sed non recordat' sub qua forma uel nō fuit testis plus interrogatus tunc in dubio p̄ summo reale. dicto. §. pactoz. & hic. nec obstat q̄ dictum testis nō probet ex tra de proba. c. in p̄ntia. quia hic habet' pro certo & claro iuris presumptione. l. iurifgentiuz. §. q̄ fere. facit. C. de usu. l. i. & quod ibi nō. & quod nō. in. l. sti pulatio ista. §. id quoq̄. de p̄bo. obli. & sic probat testis uī addite presumptionis. ¶ Tercio & ultimo casu principali quā do pactum est conceptū super dominio uel traditione dic' tunc si dominū est di rectum transmittitur sui natura. d. acq. pos. l. cum heredes. extra de testa. c. Rai naldus. si est utile dominū ut ex cōtra ctu emphiteotico uel simili tunc regula riter scōm naturā contractus. facit. s. d. pigno. l. lex uectigali fundo dicta. & q̄d nō. s. de peti. here. l. item uidenduz. C. fami. her. l. si familie. & per Cy dicta. l. liberti. per Bar. in. l. ut iurifurandi. §. si liberi. j. de opi. liber. sed si celebrat' contractus qui non habet singulare nāz super transmissione tunc dic' ius ex illo

quesitū transmitti facit de p. ob. l. eum  
 qui ita. §. q. ita. del. i. l. in optōne. de se  
 cundis nup. l. si qs prioris. §. i. de p. ob.  
 l. si ita quis. §. ea lege. Vltimo adde pre  
 dictis q. expōitō p. priū nominis futuri he  
 redis in pacto nō opatur quo minus pa  
 ctum transeat in aliū heredē & p. ter spē  
 defuncti succedentē. casus est nō. s. de  
 pac. l. tale pactū. §. si. que nō. Itēz adde  
 q. qui p. uidet heredē principaliter intelli  
 gitur p. uidere sibi p. i. casus est nō. C. d.  
 cōtrahen. & cōmit. stip. l. iiii. an aut per  
 pactū possit & quō q. illud transeat ad  
 nū heredū tm̄ recurre ad nō. in. l. auus  
 s. de pactis. ubi de materia. ¶ Florian⁹

**S**ENSVS. Pro intelligētia hui⁹  
 l. dic q. pōt intelligi duobus mo  
 dis. Vno mō qn̄ scriptura est de  
 substantia exemplū in. l. cōtractus. C. d.  
 fide instr. & l. i. de iure emphi. C. &  
 in si. multj. & tūc scriptura p. ualet ut hic  
 uel Scdo q. loquat de p. batione fienda d̄  
 remotis. nam cū p. scripturā melius reti  
 neatur memoriē q. p. hoies. l. hac cōsultif  
 sima. §. cū humana fragilitas. C. q. testā  
 facere possunt. p. ualet scriptura ita dicit  
 Butri. ¶ In glo. ibi cū uox uiua & scrip  
 tura erant ex una pte zc. q. si dicat q. nō  
 cōtradicat eo q. p. batio testiu sit dignior  
 ul' plenior q. instruoꝝ. sed dicit q. uox ui  
 ua & mortua zc. una pte p. ualet mortue  
 . i. scripture tm̄ ex altera ut ibi nō. & il  
 lud ideo q. duplex rō uicit unā in autj.  
 de cōsang. & uterī fratri. §. i. & ita per  
 Cy. in gr̄io. in. l. in exercendis. ¶ Quid  
 aut si cōtradicat scriptura scripture uel  
 testis scripture uel testis testi. tangit p.  
 Cy. in. l. in exercendis. dicā. j. eo. l. cū d̄  
 etate ubi glo. tangit. ¶ Extra glo. nō.  
 tex. q. cōiuncta glo. uidet facere q. libri  
 cēsuales. i. in qbus census scribunt epōꝝ  
 ecclesiaz ciuitatū uel si. qbus continent  
 reddit⁹ affectus uel census q. debent ep̄a  
 tui uel ecclesie zc. licet tales libri nō sint  
 scripti manu publica nec forma publica  
 sufficiēt tm̄ ad p. bandū p. ipso ep̄o uel ec  
 clesia q. eū a quo petit tales redditus uel  
 affectus ad idē fac. C. d. fide instr. autj.  
 ad hec. In oppositū facit regula. l. exem  
 plo. C. eo. q. p. prie scripture nō credatur  
 Circa qd̄ dixit Nicho d̄ matta q. si utit̄  
 tali scriptura q. hoies nō sui territorii nō

stat ei q. nō hz ea q. regunt in p. batoria  
 scripta & q. tūc etiā si eēt res publica q.  
 uteret uteret iure p. uati. l. i. C. d. peti. he  
 re. si q. hoies eiusdez territorii tūc i trib⁹  
 casib⁹ hētur p. publica & fac. p. batōz pub  
 licā. Prim⁹ qn̄ talis scriptura ibi adeo ha  
 bet p. publica q. inter al' s. scripturas pub  
 licas gseruat & custodit in loco ad hoc  
 publice deputato & p. publicos officiales  
 ad hoc deputatos ut sunt libri estimato  
 rum ad q. estīma ponunt collecte cōis &  
 si. & de his loq̄t dcā autj. ad hec. de fide  
 instr. & de iure fi. l. in fraude. §. quoti  
 ens. Scds casus qn̄ adeo hētur p. publicis  
 q. indifferēter etiā alie p. lone eis utunt.  
 & eis stat tanq. publicas. & autēticas cōi  
 ter ut in legib⁹ mūicipalibus & in g. sue  
 tudinibus scriptj in ciuitatib⁹ qn̄ scripte  
 repiunt ut est in roma. & in ciuitate pi  
 sana fm̄ eū p. hoc hū fac. q. error cōis fac.  
 ius & p. stat autoritatē p. lone & scripture  
 ut intelligat publica & autētica. l. barba  
 rius. de offi. p. ti. C. de censu. l. ii. & ibi d̄  
 scriptura. Terci⁹ & ultim⁹ casus est qn̄  
 longo tpe talis scripta habita est p. pub  
 lica uel autētica ponit exemplū in libris  
 poetaz & phōꝝ qui nullaz hnt p. batōz  
 q. ab eis sint cōpositi nisi q. ab antiquo  
 p. talibus hnt sunt & tales sunt scriptu  
 re antiq. in qbus cōtinent p. uilegia & iu  
 ra ciuitatū p. latoꝝ zc. in suis territoriiis  
 & quo ad p. lonas sui territorii & hoc est  
 q. magna est autoritas antiq. cu uicē  
 legis optineat pacti & principis. d̄ aqua  
 plu. ar. l. i. §. p. t. C. de testa. l. testā oia.  
 & l. sanctim⁹. ad hec ext de fide instr.  
 c. cāz. & est rō q. i suo territorio tales au  
 toritates. f. loci cōis obfuantia z lōgitudi  
 nis tps p. iuditiū inducūt nō aut ext ter  
 ritoriiū sic d̄r in antoritate iudiciaria. s.  
 de iur. o. iudi. l. fi. & de talib⁹ libris cen  
 sualibus & q. eis credat. uide glo. ext de  
 p. scrip. c. ad audientia. & ibi p. Inno. uī  
 de etiā glo. de p. ba. cū cāz. & Cy. in dcā  
 autj. ad hec. & l. pacta nouissima. d̄ pac.  
 uide etiā Bar. in. l. forma cēsuali. d̄ cēs.  
 & l. i. §. domini ad fill. Idē etiā tenuit  
 spec. in ti. de p. ba. §. uidentū. p. nono.  
 p. libros. adde etiā Inno. de p. cur. c. i.

**N**ON EST NECESSE. Pro  
 uidentia hui⁹ l. p. mitte q. magi  
 stratibus de iure incumbit dare

tutores idoneos & ab eis idoneos exigere fideiussores quibus receptis excusantur. licet postea tutor uel fideiussor facultatibus laborat uel teneret si a principio esset non soluendus. l. i. §. si magistratus. j. de magis. coue. cu. si. si tñ dubitet utz ab inicio idonei fuerit uel no. an pupillus debeat probare eos non fuisse soluendo uel magistratus qd soluendo erat hic decidit qd magistratus & hic est casus no. & hoc intendit. ¶ Ex pñti tpe sumit presumptio in pterituz. h. d. In tex. ibi fideiussor. intellige qd nunc sunt non soluendo alio non posset pupillus conquiri qd p pterito hz regressuz qd eu. no. ergo qd qd hodie non est idoneus si r presumit nec retro idoneus fuisse ut hic. Interdu tñ ex pterito fco presumit in pterituz plusq pfectu & sic ascendit presumptio. i. se respicit retro. Interdu eq descendit qd ex pterito presumit ex pñti in his q solo tractu tps no mutant p Dy. de excu. tu. l. spadone. §. q absolutus. adde tñ qd no. p Cy. de rei uxo. actio. autj. sed quis. in ultia. q. ubi dicit qd in casu illi autj. qñ pater. f. allegat diminitoz patrimonii. pater dz pbare cladem & rei diminitoz p tex. in corpe. Ex quo arguit ad no. que stoz. qd si dicat qd se deceptu uel dimidia iusti pñti qd considerari dz fm tps gctus. ut no. in. l. ii. C. d. rescin. uen. si testes deponat rem ualuisse tñ p annu an tps gctus tñ f. ut arguat deceptio ultra dimidia qd p sumptiue sit fundata agētis intetio. naz ex quo ualor rei fuit tñ an gctuz. i. ascen debat presumit qd & tpe gctuz sic fuerit nisi pbe res deterrorata. vn iudex dz inspicere uluz regiois & diuturnitate tps de quo testes deponeret & qliter res sunt cariores uel uiliores nuc qd tuc fuerit. & ita sunt facta fm qd dz informare conscientia sua z uidere utz sit pbatu & presumptiue nec ne p tex. i. corpe un sumit illa auten. & p tex. huius legis. Ita sensit ibi Ia. de raue. & Cy. Ex pdictis ergo cocludatur ex pñti plumm pteritu ita cotidie bec. l. allegat. ita no. C. eo. l. ex psona. & l. i. §. si magistratus. hic z. s. allegata. ¶ Sed qd bec uidet facere. s. eo. l. iiii. ubi qd hodie fugit no presumit retro fugisse. i. fugitiu fuisse. Circa hoc aduerte qd Oldra. in qda dispu. dicit qd qñ pñs stat rei est gnexus tpe pterito tuc de pñti presumit in pteritu

in autem. de resti. & ea q parit. §. unuz liquidē. ubi filr pñt presumit in pteritu iuri cognouisse. qñqz no est conexus & tuc aut pñs status hz in pteritu necessari co traria ueritate exemplū l; fuus hodie fugiat tñ in pteritu de necessitate ponitur tps quo uez est ipm no fugisse. f. qñ erat pupillus tuc de pñti no presumit pterituz dca. l. iiii. qñqz no hz pteritu necessari co traria ueritate ut in paupate & diuitiis. pot eni esse qd qd semp fuit diues uel paup. & tuc de pñti presumit in pterituz casus est hic cu cocor. & p hoc arguit contra Dy. q dicebat i dicto. §. si magistratus. ar. qd qd hodie codemnat ut hereticus presumat & retro hereticus qd est fallum fm eu cu istu habeat i pteritu necessari co traria ueritate. sed certe bec doctrina Oldra. no uidet uera nec in oi sua pte uera ut. j. patebit. io aduerte naz qñz ex eo qd est in pñti uolumus presumere in pterituz illud idez. qñz aliud. Primo casu aut pñs tps hz se ad pteritu in qd uolo presumere sic finis ad inciu & tuc de pñti presumimus in pteritu. l. sed iul. §. pñde s. ad mace. ubi si filius couertit in rez patris pecunia mutuo acceptaz presumit ab inciu illo aio recepisse. & sic no contra mace. ad idez d agri. & cenf. l. litibus. libro x. ubi si colonus rndet mibi de fructibus presumitur coluisse retro noie meo & idez in fil i qñz pñs status rei no hz se ad pteritu eo mo. tuc si id qd est in pñti hz in pteritu gtraria necessitate ueritate. tuc in pteritu n presumim. dca. l. iiii. s. c. l. si n hz tuc aut pñs statutū hz se ad ee aut n ee si n ee ex pñti presumim i pteritu. ut hic cu si. s. alle. si ad ee ex pñti no presumim exemplū si hodie possideo no plumm retro possidisse. l. sup longo. de pscrip. lon. tem. z si hodie suz dñs no plumm retro fuisse dñs. l. si mater. §. candez. d excep. rei iudi. cu si. Quod tñ sup dixi qñ hz se ad no ee intellige simpliciter. na si haberet se ad no esse p moz cuiusda priuatiois ut si dicerē me ee liberatū no presume in pteritu imo inferē eius gtrariū qd ad priuatiois priuatōz seqtur positio hitus. l. de cem. de p. b. & ibi. & l. manumissioes. de iusti. & iure. Scdo casu principali qñ ex pñti uolo presumere aliud in pteritum tuc si presens infert aliud in preteritum

d' necessitate exemplū si ml'r hodie pepit  
 ex hoc infert necessario q' infra tps. ix.  
 mēsiuz retro pteritū ipa hoiez cognouit.  
 in autj. de resti. & ea q' p'it & unū sigdez  
 uel pone exemplū in l' i' ut qa fruct' in  
 dustriales sunt pcepti. nā seqt' ergo q' in  
 dustria fuit adhibita t'pibus cōgruentib' &  
 eadez rōe si uinea fac fructus leg' de ne  
 cessitate q' in pteritū fuerit ibi salti trib'  
 ānis. sed si pns statutū nō infert in pteri  
 tū de necessitate tūc d' pnti nō psumim'  
 in pteritū reglariter ut fac plenā pbatōz  
 C. eo. l. matrē. & l. neqz natales. Fallit  
 in casu. C. de adult. l. si q' adulterii. pōt  
 tñ cōtingere q' qnz faciat qualē q'lez su  
 spitōz in cōrio. l. in ciuile. C. de turtis.

**Q**UINQVAGINTA. Actor  
 intentioe fundata succūbit reus  
 nisi excipiat & excipiēdo pbet  
 b. d. Nō. ergo q' actus nunq' psumit fru  
 stratorius uel in ānis nisi pbet. Scdo nō.  
 q' negatiua solutiois nō est pbāda ab agē  
 te. sed reus hz pbare affirmatiua q' pul  
 cerrime discutit Inno. ext' d' accu. c. iup  
 bis. in glo. ad accipiēdu ul' mediū tāgit  
 p Guil. in spec. ti. de loca. & nūc aliq.  
 p. xxxi. qd' uide tactū p Cy. in l. ii. C.  
 de iure emphi. & p Bar. in l. hoc iure. d'  
 p. ob. tetigi in l. ii. s. eo. ubi plene d' mā  
 negatiue. adde tñ qd' nō. Inno. ext' d' cle.  
 excō. admini. c. pposuit. Item nō. q' ubi  
 due scripture uel uolūtates dispositōz in  
 ducetes pducunt pbat duplicitatē debi  
 ti & sic fac q' si appareat d' numeratiōe.  
 p testes z postea appareat pmissio diuer  
 so tpe de eadē q'ritate p stipulatōz q' di  
 uerla debita psumant fm Bar. Idez for  
 te si appareāt due cōfessioes in iudicio q'  
 dispositōz inducūt. ar. h' d' l. secus si ext'  
 iuditiū sine stipulatōe. s. pbet cōfessio qa  
 tūc de eadē q'ritate intelligit. nā cōfessio  
 nō est uera dispositio. sed pbatō. l. pub  
 lia. i. si. depositi. & sic erit idē. l. in casu  
 isto. q' si d' eodē debito hntur plures pba  
 tiōes. j. del. ii. l. sempronij. ita dixit bar.  
 d' p. ob. l. triticū. ubi uide lati'. sed certe  
 qcqd' Bar. dicat nō uideēt urgēs rō quare  
 magj in q'ctib' stipulatōe uallat psumat.  
 eadez q'ritas q' in aliis. nec obstat. l. si di  
 uortio. & l. q' bis. q's ipē allegat qa in q'li  
 bet illaz ponit p q'stati q' summa erat ea  
 de; nō diuersa. Itē nec uideēt diuersitas

inter cōfessioz iudicialē. & ext' iudicialē  
 qn emānauit pte pnte. & ex certa cā. nā  
 ita ex ea orit' actio sic ex iudiciali. l. ge  
 neralit. & ibi nō. & l. si ex cautōe. de nō  
 nume. pec. & nō. j. eo. l. cū de indebito.  
 & si. quare dic. q' ubi apparēt pl'es scrip  
 ture eandē q'ritatē nūcro q'tinētes tunc si  
 ille scripte facte sūt diuersis t'pib' semp  
 in dubio psumit diuersitas sumax ut hic  
 sed ubi nō apparēt pl'itas scripturaz sz  
 multiplicatio obligatiōis absqz scriptura  
 ul' etiā pl'es apparēt pcedētes absqz scrip  
 tura & una subseqtur p scripturā q'tinēs  
 eadē summa & ex eadē cā tūc psumit una  
 summa tñ & nō pl'es psumit eni ad scrip  
 turā deuentū solū ppter faciliōre pbatōz  
 j. de fur. l. qdaz tabulaz. C. d' cōdi. sine  
 cā. l. dissolute que rō nō hz locū ubi semp  
 scriptura facta est qa sufficit una scripta  
 creditorī. Itē nō hz locū ubi nullatenus  
 interuenit scriptura. nā tūc idemptitas  
 q'ritatis & esse inducūt psumptōz eiuf  
 dem sume. naz psumit pluralitas pmiss  
 ionū emanasse. ut hic actor posset magj  
 clare suā intentōz pbare. & hoc mō pot  
 intelligi dicta. l. q' bis. l. in eo q' ex eadez  
 cā eadē q'ritatē bis pmissit sine scriptura.  
**C**In glo. aliter in fi. quasi dicat glo. q'  
 licet duplicitas uolūtatis inducat dupli  
 citatōz relictū qn est factū simpliciter si  
 ne cōmemoratiōe eius qd' est in testō reli  
 ctū tñ hoc est uerū nisi sit factū legatuz  
 p certa cā. tūc enī cū nō duplicet cā nō  
 duplicat effectus legatū qd' nō. ad multa  
 puta si legent mille p dote i diuersis uo  
 lūtātibus & idez in fi. Cōclude ergo aut  
 pducunt duo testā & nō uideēt in scdo  
 repetitū reglariter nisi i duob' casibus.  
 Prim' qn tacitū fideicomissuz fuit i pri  
 mo. s. e. l. cū tacitū. Scds qn in fo exp'sse  
 qfirmat' relicta i prio. j. ad treb. l. si q's p  
 ore ubi cas' aut pducūt due scripte di  
 uerse ut testm z codicill'. tūc uideēt scā re  
 petitio ut hic nisi rō legatū iducat ut solū  
 iel' deat. l. libertj. hic all. z. l. dñs. & i. s.  
 d' usuf. aut iducit unū testm i quo pl'ries  
 ē legatū d' quo dic ut i. l. plāe. & ii. del. i.  
 z del. ii. l. sempronij. qn aut aliqd' deberet  
 iter uiuos. & tātūde legat' i ultia uolūta  
 te an p hoc inducat duplicatio p'statiōis  
 uide qd' nō. i. l. filie legatoz. C. de lega.  
 z i. l. cū pater. j. d' iure dotiū. ubi text'.

**Q**UAM DE ETATE. Pro  
 intelligentia premittit q̄ bec. l.  
 propter contrariū de. l. scripture  
 potest dupliciter intelligi. Vno modo in  
 testibus tantum. alio etiam in scripturis  
 sed a diuersis partibus productis de quo  
 j. in ultima glo. et hoc intēdit in summa  
 ¶ Si de hominis etate queratur & instru-  
 menta hinc inde contraria p̄ducant̄ qui-  
 dam dixerunt ei. l. probationi potissime  
 stari que nocet. Alii & uerius hoc totum  
 iudici cōmitti. b. d. sc̄dm bu. Vel sic ubi  
 probationes partium sunt contrarie non  
 est presumendum in deteriorem partem  
 sed in credibiliorē & uerisimiliorem in-  
 clinandū maxime super etate b. d. sc̄dm  
 utrāq; lectu. tam per testes q̄ per instru-  
 menta. In tex. ibi nocet. quasi dicat si  
 producant̄ instrumēta contraria utrūq;  
 reicitur et sic succumbit qui p̄bare debet  
 cum nil probasse reperitur. Ibi ex eo.  
 .l. testificato ul' probato licz glo. habuerit  
 bonam mentez Nō. hic q̄ probationes  
 non sunt elidende. Sed potius uerisimili-  
 bus interpretationibus corroborande seu  
 adiuuande seu coadiuuande uel confirmā-  
 de Secundo nō. q̄ uerisimilitudines &  
 coniecture faciunt unam plenā probatōz  
 preponderari alteri probationi contrarie  
 q̄ est notandum ¶ Tercio nō. hanc. l.  
 per quam apparet falsum quod uulgo dī-  
 citur q̄ in dubio interpretanduz est con-  
 trā cum qui uult probare nam non est uerū  
 q̄ probatio semper interpretetur in dete-  
 riorem partem. Illud enī est intelligen-  
 dum ubi uerū uel simile non apparet. Se-  
 cus ergo ubi uerisimile appareret ut hic.  
 & j. de testi. l. obcarmen. & si testes. de  
 quo per Inno. ex̄ de testi. c. cum causaz  
 Item nō. hic q̄ uerisimilitudo multū at-  
 tenditur in probationib⁹ maxime etatis  
 unde aspect⁹ corporis ratione uerisimili-  
 tudinis presumptionē inducit pro etate  
 ut nō. de minori. l. de etate. Et ratio est  
 propter difficultatem probationis naz tēp⁹  
 de facili labitur de memoria hominis nō.  
 Innoc. de accusa. c. qualiter propter istā  
 ergo difficultatē recurrit ad coniecturas  
 ar. c. de repudiis. l. consensu. et. j. de re.  
 mili. l. non omnes. & a barbaris. ¶ In  
 glo. i. ibi a diuersis partib⁹. & sic nō ob-  
 g. l. scripture de quo. j. in ultima glo.

¶ In fine. ii. uel. iii. glo. non curo ad quā  
 applices. Nō q̄ probatio etatis ualet in  
 omnibus que ab etate regulantur Idē nō  
 glo. i. l. ii. s. de feriis. Aduerte tamē quia  
 quod hic dicit̄ de matrimonio uel simili  
 causa intelligo si probatiōes sint recepte  
 corā ecclesiastico. ex̄ de ordi. cog. c. tuaz  
 & qui filii sint legitimi. c. lator. Itē & tal'  
 probatio ualet quo ad omnes si fit facta  
 ad eternam rei memoriā q̄ tamen uideēt  
 uerū quo ad excipiendum tantū non quo  
 ad agendum sc̄dm nōta per Inno. de  
 testi. c. significauit. ubi per eundem uide  
 et per Bar. in. l. de etate. post principiu  
 & in ultima columna. s. de mino. Circa  
 probationem tamen etatis cui incumbat  
 uidentur iura uaria. nam glo. in dicta. l.  
 de etate dixit q̄ minor etas presumitur  
 per. l. siue possidetis. Nam ubi qui olim  
 possedit & hodie presumitur que glo. cō-  
 muniter non tenetur quia ea que cursu  
 temporis mutantur non presumunt esse  
 in statu que semel fuerunt. l. spadonem  
 & absolutus. de. excusa. tuto. unde in cōi  
 concluditur q̄ siue sit actor siue reus qui  
 inde fundat intentionē suam illaz p̄bet  
 .l. si minorem. c. de in inte. resti. mi. &  
 probat̄ in. l. i. & i. de itin. actuz. priua.  
 nō. in. dcā. l. de etate. Cy. tangit. c. eo.  
 l. cum te. Bar. in. l. i. j. de exerci. Tu tñ  
 dic clarius & plenius attendendum quō  
 allegatur nam quandoq; allegatur priua-  
 tue. i. ad priuandum uel impugnanduz  
 ut quia contra promotum obicitur q̄ nō  
 est etatis legitime tunc opponens debet  
 probare quia impugnat personaz seu ac-  
 tum respectu persone. probatur ex̄. de  
 elec. c. si forte in. vi. & nō. per Io. an. in  
 mercuri. super regula in famibus. in. vi.  
 ubi de hac materia omnino uide. Et hoc  
 ubi quis impugnat aliū tamq̄ minorem.  
 Idem si minor impugnat contractuz iu-  
 diciū ul' prescriptionē ratione minoris  
 etatis. Nam cum alleget minorē etatem  
 ad impugnandum debet probare. c. eo.  
 .l. cū te. Et potest esse ratio quia ubicūz  
 actus habet formam debitā ibi presumit̄  
 pro habilitate persone. s. eo. l. ab ea parte  
 Quandoq; allegatur ad iustificationem  
 alicuius actus ut quia allegatur dationē  
 tutoris uel curatoris nullā quia datus est  
loquitur ut dicamus q. in casu hic exceptuato p. glo. & sy. non presumat calumpnia contra non probantem al. reglr. contra non probantem est presumptio calumpnie non tamen est iuris & de iure quia admittitur probatio in contrariū et hinc est q. dicit tex. in dicta. l. i. §. i. ad tur. quod potest esse quia ostendet iustum errorem. Iustus autem error erit fama publica. j. de adult. l. miles. §. mulier. Vel si esset ei dictum a personis fidedignis & ideo iudex anteq. condempnet de calumpnia debet assignare parti terminum sup. hoc ad faciendum suas defensiones & hec uidetur bona conclusio quam Bar. tenet in dicta. l. i. §. i. licet Cy. aliter dicat in l. i. ¶ de aduo. diuerso iudicio. in iii. questione. ¶ Florianus. ¶ SABINO QVOQVE. Hic probat per aliud exemplum rescriptum q. non debet credi testimoniis Et nō. hunc tex. contra aliquos simplices qui cum testes sunt recessuri faciunt eos examinari coram honestis personis & eorum dicta postea iudici producant nam ista dicta appellantur testimonia que nil probant ut hic que tene menti. ¶ Secundo nō. q. producens testem debet euz alimētare Et aduerte q. hec impendia debent ministrari testi anteq. pedez moueat de domo sua. l. penul. ¶ C. eo. sicut in aduocato ar. l. properandū. §. illo. ¶ de iudi. scdm Pe. in dicta. l. penul. & hec est bona conclusio. ¶ Aduerte tamen quia tales sumtus & impendia debent intelligi de hiis quos non erat factur9 in domo sua. s. de peti. here. l. sed & si lege. §. q. autem qs Quod intelligo nisi esset tal. persona que domi lucrata esset expensas operibus suis s. ad exhiben. l. sed & si hereditas. §. plane pascere. facit quod nō. butri. in l. si res. s. de rei uen. Isti autez sumptus taxabuntur ad arbitrium boni uiri. ar. j. de alimen. lega. l. cum unus §. si. fo. sed in conditione persone zc. & hoc tenuit pet. et Cy. ¶ C. eo. l. quoniam liberi. Adde predictis q. testis non soluz debet habere impendia ymo q. plus est debet habere mercedem dierum quibus steterit occupatus pro testimonio scdm butri. ¶ C. eo. l. si qn. ubi hoc probatur in. fo. difficultates. Itcz adde q. sicut iste expense ministrantur

testi ita & iudici & tabellioni qui quan-  
 doq; ad testes mittuntur extra de iudi-  
 c. ii. in. vi. ubi notatur. ¶ In glo. dic ca-  
 sum. ibi forte coram aliis bonis uiris. Et  
 ideo non faciunt probationem sed indi-  
 cium. l. quero. s. de edil. edic. & sic non  
 ob. q; credatur testimoniis etiam in alia  
 instancia scdm. glo. in. l. gesta. C. de re-  
 iudi. & uidetur casus in. l. fi. C. de testi-  
 et. l. cum antea. §. fi. de arb. Alii tamen  
 intelligunt in testimoniis in iudicio re-  
 ceptis & dicunt q; quando testes sunt in-  
 ducti uel ad perpetuam rei memoriam  
 ut in. l. lege acquil. si deletum. s. ad. l.  
 acquil. uel recepti ordinarie & publica-  
 ta sunt eorum dicta tunc probant coram  
 alio iudice ut in contratio. s. in causa ci-  
 uili potest tamen iudex facere uenire illos  
 coram se Sed in criminalibus non probant  
 ut hic. & C. de fide instru. aut. apd elo-  
 quentissimum. Sed tu pro ueritate adiu-  
 ge utramq; oppy. simul. ¶ Ea. glo. ibi.  
 l. quoniam liberi. Ad unum aduerte q;  
 si producam per me testes tu poteris illos  
 pro te producere ita tamen q; primo ex-  
 aminentur pro me producente meis ex-  
 pensis. postea pro te tuis expensis scdm  
 Ia. de are. quod est uerum super diuersis  
 articulis sed super productis a me de-  
 deponere etiam pro te meis expensis q;  
 debent testificari & ueruz dicere p; utq;  
 parte. C. de here. l. quoniam. Vnde q; tu  
 ad expensas testiu; inspiciatur soluz prin-  
 cipalis producens tex. est cum glo. no.  
 extra de rescrip. c. statutum §. fi. li. vi.  
 ¶ **LEGE IULIA.** Hic ponit de  
 quibusdam qui a testimonio repelluntur  
 Quidam ppter personarum reuerenciam  
 repelluntur. Quidam propter etatem lu-  
 bricum. Quidam propter notam & infamiam.  
 hec est intentio huius particule alle-  
 gabilis. ¶ No. q; mulier publice pstituta  
 est in famis & sic facit utrum possit  
 restari & an admittatur ad denuncian-  
 dum crimen uel non. Primo casu sic. l.  
 si. de secu. nup. l. i. §. si is qui. j. de testa  
 Secundo non ut hic est casus. ¶ Secundo  
 no. q; non ualet testimonium detenti in  
 carcerem siue sit ibi detentus ex famosa  
 causa siue non. Adde quod. j. dicaz sup  
 glo. ¶ Tercio no. dampnatum de crimi-  
 ne publico inhabilem ad testimonium et

idem uidetur si tantum pendeat accusa-  
 tio de crimine & non debeat audiri in  
 criminali causa sed ciuili sic tex. est ex  
 eo. c. ultimo. coniuncta glo. & eodem mo-  
 debet distingui in iam condempnato q;  
 tamen appellatio pendet scdm quod tan-  
 gitur ibi per glo. Inno. & Io. an. de quo  
 uide glo. s. de infam. l. furti & quod ibi.  
 Quid autem si inter iuramentum & de-  
 positionem superueniat hoc uel simile im-  
 pedimentum in persona testis an ad tes-  
 timonium admittatur uide per Bar. tac-  
 tum in. l. ad testium in prin. j. de testa.  
 & per Guil. in spec. de teste. §. i. j. sed  
 quid si testis aliquid etiam tetigi. s. e. l.  
 in prin. ¶ Item no. personas que repel-  
 luntur a testimonio quod intelligo quo  
 ad plenam fidem An autem saltem fa-  
 ciant indicium dic q; si testis non debuit  
 examinari propter reuerenciam personarum  
 tunc examinatus non facit indicium. l.  
 maritus. j. de questi. & in eo. ti. l. diuus.  
 & l. i. §. diuus. & §. idem seuerus. Sed  
 si testis non debuit examinari propter  
 lubricum etatis tunc examinatus non fa-  
 cit indicium plenum sed quale quale. l.  
 i. §. impuberes. §. ad sylle. no. in. l. fi. in  
 prima glo. C. ad sylle. Et idez dicendu  
 de teste qui non debuit examinari ppter  
 sexum ut in muliere eadem ratione. Si  
 uero testis examinari non debuit ppter  
 infamiam tunc examinatus facit quale  
 quale indicium. j. de pen. l. qui ultimo.  
 Adde q; quando testis non debuit exami-  
 nari propter inimicitias tunc examinatus  
 facit uel non facit indicium scdm quali-  
 tatem inimicitie de qua. s. dixi. ea. l. in  
 prin. hoc probatur. j. de questi. l. i. §. i.  
 Quandoq; etiam non debuit examinari  
 ratione ordinis ut quia parte non citata  
 uel ante litem contestata tunc Bar. dixit  
 q; non faciebat indicium per. l. si quis ad-  
 ulterius. de adul. C. de testi. l. si quando  
 in fi. j. de questi. l. fi. Ita tenuit Bar. in  
 dicta. l. maritus. de questi. ubi de hoc per  
 eundem. & Cy. C. de accusa. l. fi. Adde  
 j. eo. l. inuiti. & quod ibi uidebitis & qd  
 dixi. s. ea. l. in fi. prin. super ultima glo.  
 ¶ In glo. no. ergo non posse. ibi uidetur  
 q; non. l. i. in fi. de fal. mo. hanc oppi. q;  
 testificari non possit tenuit Io. extra de  
 prescrip. c. cum nobis. ut ibi in. iiii. glo.

nō. Idem etiam tenuit iii. q. viii. c. testes ubi alia glo. ¶ Ea. ibi sed dic contra. scdm Io. hanc oppi. firmat glo. etiam in .§. testes. hic all. & l. ad testiū. §. i. j. de testa. & l. notionem. §. instrumentoz. de. uer. si. hic all. Idez tenuit Io. xxvii. di. relatum. quod etiam sequitur Io. an. ext. de cor. uicia. c. ex parte. el. i. Et hec uidetur communis oppi. hoc tamen intel lige uerum si tunc cum uidit uel audiuit impubes erat tal. etatis q. cognoscere poterat quod agebatur & memorie comen dare ut quia erat proximus pubertati & doli capax & ita debet intelligi & limi tari illa glo. pro hoc. j. ad fil. l. excipit. §. i. Vbi etia idem uoluit dy. & hoc icē Bar. sequitur in dicta. l. ad testiū. Ad de tamen q. eadem ratione effectus cec. poterit testificari de hiis que antea uidit nisi sit in eo defectus infamie de quo re mittit ad spec. in ti. de teste. §. i. j. sed numquid factum impubes ¶ Ea. ibi. l. notionem. §. instrumentoz. Ex ista glo. collige q. inspicitur conditio testis scdm tepus quo deponit facit. s. ea. l. in prin. & quod nō. glo. in l. iiii. §. due cause. j. de car. edic. quod ueruz nisi testis muta uerit conditionem suam in fraudez testi monii tex. est nō. j. de questi. l. i. §. item unio. & §. si seruus. Vbi Bar. dicit nō. ad plura que ibi uide. Et hec etiam faciunt ad notata. per glo. & doct. in l. furti. in prin. in. iiii. glo. s. de infa. hanc considerationem bene nō. ¶ Ea. ibi hec autez sunt uera. Ex hoc sume cō clusionem talem q. ubicumq. ad substan ciam actus qui geritur requiritur certus numerus testiū tales a principio debet esse ydonei nec sufficit q. habilitas super ueniat ex post facto. vnum tamen nō. q. ubicumq. actus potest expediri sine testi bus. potest & cum testibus non ydoneis & in habilibus. glo. est nō. in l. qui testa menta. in prin. j. de testa. per quam in fertur q. sicut iudex certificari potest de fama iuris ordine non seruato scdm nō. extra de coha. cleri. & mulie. c. tua. et. c. urā. Ita et per testes inhabiles ut meretri ces lenones & sy. facit. C. ad sylle. l. fi. & quod nō. Inno. extra de spon. c. cum in tua. & de presump. c. dudum. Or tene

te menti. ¶ Ea. glo. ibi. quia quidam cō tradicunt enim quo ad deuz. Hec oppi. uera. s. q. semel periurus quancumq. penitenciaz egerit non recipiatur ampli us ad testimoniū. Pro qua oppy. uide. tex. extra eo. c. testimoniū. & vi. q. i. quicumq. & xxii. q. v. paruuli. hoc tene atis conclusiue pro uero. Qualiter autem probari possit quem emendatū de crimie quia difficilis uidetur probatio dic. q. p. babitur per propriū sacerdotem. l. dist. in capite. ii. q. i. si peccauerit. in fi. extra de simo. c. nemo. & hoc doc. tenet in d. c. testimoniū. & uide quod ibi nō. in ul tima glo. Vtruz testis cui obicitur crimē periurii uel aliud simile possit excipere contra obicientē q. fit criminof. ¶ Ea. glo. in fi. & de hoc dic ut in dicto. c. tes timoniū. Ad vnum tamen aduerte q. quando contra teste excipitur q. fit cri minofus debent in exceptione pponi om nes circumstancie criminis sicut in accu satione extra de testi. c. presentii. li. vi. que tene menti. ¶ In glo. propter priua tam autem zc. Adde q. nec confessio facta in carcere ualet casus est scdm unā lec. s. q. me. causa. l. qui in carcerē quod est uerum in causa criminali & ideo du cuntur extra carcerem ut probatur. in l. ii. C. de custo. reo. Vnum tamen nō. q. si licite forte propter debitum esset quis intrusus in carcerem et aliquid promitte ret ut ex inde extraheretur bene ualeret promissio quam faceret alii non ei ad c. petitionem fuisset in carcerem detrusus. & hoc tenuit butri. in dicta. l. qui in car cerez. & hec ueritas. ¶ In glo. super uer bo palam ibi. §. non tantuz. hoc intellige nisi postq. destitisset esset a principe resti tuta. nam per restitutionem uidetur sub lata omnis macula. C. de nup. l. impial. & ar. j. de nata. resti. l. quero. & l. fi. ¶ Ea. glo. ibi que pariter infamat. hec nō. quia facit q. exceptio infamie opposita contra teste tollatur replicatione infamie Circa quod uide quod nō. per bar. j. sol. matri. l. cum mulier. ¶ Ea. ibi turpes. i. infames de facto de quibus dixi. s. ea. l. in prin. dic ut ibi. ¶ Eadē. glo. in fi. Conclude clarius An infamis repellatur Aut enim est infamis infamia iuris. tuc

siue sit irrogata ipso facto & hoc probat  
 .i. factum siue per sententiam & per eā  
 hoc probat tunc omnino repellitur. Aut  
 est infamis infamia facti & tunc admie  
 titur cum tormentis .j. eo. l. ob carmen.  
 §. si testes. quod tamen declara ut dixi  
 s. ca. l. in prin. A dignitate uero indist  
 incte repellitur. C. de digni. l. quotiens.  
 li. xii. Et eadem ratione dico q̄ nec aliq̄  
 publica exercebit officia ut nō. glo in. l. ii  
 §. miles. s. de infam. quam nō. ex ea ge  
 neralem doctrinā. Attende ergo in prac  
 tica q̄ quando est infamis ipso facto suf  
 ficit solum probari factum. l. quid ergo.  
 §. quantum. s. de infam. Sed si est tale  
 crimen ex quo non infamatur nisi con  
 dempnatus tunc oportet probari delictū  
 & condemnationem factam uel solum  
 condemnationem solum enim delictum  
 probari non sufficit cum per hoc non sit  
 infamis. Adde quid de eo qui accepit pe  
 cuniam ne ferret testimonium & dic q̄  
 si antequam deponeret condemnatus  
 esset affectus & ideo repelleretur Sed si  
 post eius depositionē sequatur sententiā  
 non nocet depositioni tene hoc menti Si  
 tamen in isto eodem iudicio uolo sibi ob  
 icere de crimine & probare possum & fa  
 ciam cum repelli et talis prolatio nocet  
 soluz inter nos litigantes non inter alios  
 s. de infam. l. lucius. Or. ista sufficiat uo  
 bis circa istam partem quam nō.  
**TESTES.** Testes non sunt de re  
 motis partibus trabendi ad testimoniū  
 perhibenduz nisi aliud per consuetudinē  
 sit inductū. b. d. C. Nō. primo optimū  
 tex. q̄ consuetudo potest alicui dare iuris  
 dictionem citandi extra territorium p̄riū  
 quod est nō. dignum. & utile ad nō. in  
 l. extra territorium. cum materia sua. s.  
 de iuris. om. iudi. C. Secundo allegatur  
 per Bar. iste tex. q̄ quando allegatur ali  
 quid de consuetudine non fuisse seruatiū  
 iudex potest a se ipso interrogare tabelli  
 ones an fuerit ita de consuetudine serua  
 tum. C. Tercio nō. ibi prouinciam zc.  
 q̄ in hiis que spectant ad litis ordinatio  
 nē debz inspici ḡsuetudo loci ubi lis agit̄  
 ut hic et. l. ii. circa fi. C. de iura. calump.  
 et. C. quemad. test. ape. l. ii. Secus in hiis  
 que spectant ad litis decisionem. l. i. in

prinq. s. de usur. l. si fur. dus. s. de euic.  
 Ad predicta facit. C. de epi. & cle. l. cuz  
 clericis. in fi. ubi de hec. tangitur etiā in  
 dicta. l. ii. quemad. testa. ape. per decto.  
 An autem hec locum habeant in clericis  
 ut. s. in concernentibus ordinem procedē  
 di subiciantur statuto ul' consuetudini lo  
 ci ubi lis agitur fuit questio disputata p̄  
 Io. de calde. que incipit statuto ciuitatis  
 cauetur zc. Vbi concludit q̄ sic.

. Florianus .

**IN** REGE IVLIA. Contra p  
 sonas hic numeratas non cogit  
 quis testimonium dicere b. d.  
 Hic enumerat quasdam perso  
 nas que non compelluntur inuite ad tes  
 tificandum zc. Alie enumerantur. j. eo.  
 l. inuiti. el. i. e. el. ii. Regulariter autem  
 cum officium testis sit publicum cōpelli  
 quis in uitus ad testificandum. s. eo. l. i.  
**In tex. bi socrum.** Quid autem de so  
 cru fuit hic de facto dubitatum. sed dic  
 idez per. l. iurisconsultus in prin. cōiuncta  
 l. non facile. §. ad fines. j. de gradi. &  
 ita fuit hic iudicatum. C. Nota hanc. l.  
 nam cum mulier non possit accusare de  
 publico crimine nisi cum sequitur suam  
 uel suorum iniuriam. C. qui accu. non  
 pos. l. senatus. & l. nō ignerat hic decla  
 ratur qui contineantur appellatione suo  
 rum nam continentur hi qui inuiti nō  
 dicunt testimoniu & dicit butri. q̄ sunt  
 usqz ad quintum gradum sed glo. alibi  
 uidetur intelligere q̄ cōtineatur usqz ad  
 septimum. C. ad turpill. l. si femina. Se  
 cundo nō. ibi ne in uito denunciēt zc.  
 Inuit enim q̄ possint uolentes admitti  
 & sic uidetur iste textus probare q̄ licet  
 testis se ingerat ad testificandum non p̄  
 hoc a testimonio repellatur de quo uide  
 per Bar. in. l. post legatum. j. de his qui.  
 ut in dig. Circa quod potes dicere q̄ ua  
 let testimonium sponte prestum i. teste  
 non citato nec monito si iudex ei detulit  
 iuramentum secus si iurasset sine delatōe  
 ad hoc quod nō. per archi. v. q. v. nulli.  
 plus dico q̄ si in actis reperitur talis tes  
 tis iuratus zc. omnia presumuntur solēp  
 niter acta per. l. sciendum. j. de uer. obli.  
 & ibi nō. Pro hoc tamen preumo partez  
 citataz uel presentem. C. eo. l. si quando

quia de substancialibus est hoc zc. & p id quod no. s. de in ius uocan. Dicitur autem testis inuitus & presumit inuitus eo ipso qd est citatus scdm aliquos Bar. et alios quos uide relatum per Cy. in autj. presbiteros. C. de epi. & cleri. quod non puto uerum quia si citatus non allegat beneficium legis & priuilegium suum non dicitur inuitus. l. i. in prin. s. de fer. Secus si alleget & hoc non obstante compellatur ad testimonium quia tunc dicitur inuitus & hoc tenet butri. hic. ¶ Item no. ex secunda parte. qd quis non potest producere in testem aliquem subditum suum qd qualiter intelligat dic ut dic. j. eo. l. idonei. ¶ Itē nō. hūc tex. ibi q ue p pore zc. ex quo collige qd illd qd cōcē dīr ratiōe remotioris gēd mīto forcīd uideēt qcedī rōe prioris grad⁹ ut hic et. l. iiii. j. de pari. & p hoc dico qd id qd dīspōit iste tex. in psonis hīc enumeratis habet locū in fratre qui non compellit esse testis contra fratrem & in marito qui non compellitur testificari contra uxorem nec econtr. de quo tangitur. C. eo. l. ii. & l. parentes quod nō. qd est magne utilitatis. ¶ In glo. ab aliquo. ibi. l. qd fauore. doctrina doc. est qd quando solus fauor est impedimento qd non possit ferri testimonium cōtra certas personas tunc pro eis admittantur ar. dicte. l. qd fauore. Sed quando cā impediens est fauor et reuerencia ut in liberto tunc pro eis non admittantur & ita intelligatur decisio glo. hic facit quod nō. Cy. C. eo. in. l. ii. in. fi. ¶ In glo. so brini. zc. ibi respondeo utiq. Circa hoc uide quod dixi supra circa textum. in notabilibus. Florianus.

**I**N LEGIBVS. Hec. l. pōt legi continuatiue quia uenit ad declarationē .l. precedentis declarans id quod ibi est dictū in genero & socero uerificari in eo qui nondum est gener uel socer sed spe tantum. Iste est effectus huius littere ¶ In tex. ibi soceri. subaudi appellatione contineri placet. ¶ Nō. ergo ex isto tex. qd idem iuris est in affinitate iniiciata quod & de perfecta facit. s. de condic. ob cau. l. qd seruus. C. de bonisq. li. l. non sine. quod est utile ad plura. Pone exempluz in statuto prohibente aliquem de tali af

finitate eligi in potestatem. Flo. **D**ONEY. Iudicatur non esse testis ydoneus cui impare possim. b. d. Et facit iste tex. qd Rex. Comes. ul. sy nō possint in testez producere aliquē de regno ul. de eius comitatu quod tamen intellege ut dicā j. super glo. Idez dicit butri. qd quidam in fraudem huius. l. expellūt familiarem suum ut possit pro eis testificari sed certe postquaz faciunt in fraudē debet haberi pro inde ac si non repulsissent per casuz. l. penl. C. de adul. & hec est eius intentio. Qualiter autem & ex quibus deprendatur hec fraus uide quod ponit. Cy. C. eo. l. ii. in. iiii. q. & Bal. etiam in. l. i. q. itez unio. & q. sc. j. de qsti. ¶ In glo. siue liberi. ibi obedientie. i. ut in monaco. ¶ Ea. ibi uel iurisdictionis Sed hoc hic uidetur casus qd rex ul. comes non possit producere testem de regno uel comitatu suo qd communiter non placet modernis quia ex hoc sequerēt absurduz & inconueniens qd forte non possent habere testem Nec ob. iste tex. quia debet intelligi de subiectis ratione dominice ul. patrie potestatis non ratione iurisdictionis quicqd hic dicat glo Et hoc sequitur pe. et post eum Cy. C. eo. l. iiii. et hec est communis oppy. Forte non esset absurdum distinguere qualitatem superioris. Vtrum sit talis qui inferat minacem feruore nec ne. ar. C. si rect. prouin. l. i. & C. si quacūq. predi. pote. l. i. ibi minacez feruorem. Quid autem econtra numqd dominus possit esse testis pro subdito uideatur casus in simili qui uidetur qd non extra de offi. deleg. c. causamq. Forte illa similitudo non est bona. or pro nunc transeo ultra. ¶ Item per hanc glo. uideatur terminari qd uasallus non possit esse testis in causa domini sui quam questionem uide per Guil. in spec. eo. ti. q. i. p sed numquid uasallus. Et ibi in addici. dicit. Io. an. qd consideranda est qualitas persone domini uel uasalli & attenda qd tate credet uel nō ut. s. eo. l. iiii. in prin. & q. i. ¶ Ea. ibi sed in causa uniuersitatis possunt. hoc intellige uerum quādo testificatur super eo qd afferre possit com modum toti uniuersitati in communi. Secus si in singulari ut in questione nemoz

Vnde singuli lingua incidunt uel pas-  
 cuum unde singulorum bestie pascuntur  
 tunc enim testificari non possunt .ar. l.  
 in tantum .§. uniuersitatis .j. de re diu.  
 & de in ius uo. l. sed si hac .§. qui manu  
 mittitur .& ita concludit Cy .C. eo. l. pa-  
 rentes .in fi. & Guill. & butri .in dicto.  
 §. uniuersitatis .Idē etiā Io. an. in spec.  
 eo. ti. §. i. p. sed numquid in causa uni-  
 uersitatis . ¶ Eadem ibi testimonium  
 pro collegio .hoc potest intelligi in hiis q̄  
 gesta sunt in capitulo in quibus illi de  
 capitulo admittuntur quia alias de facili  
 non posset tale factum probari .ar. C. de  
 repu. l. consensu .§. penul. & est tex. ext̄  
 eo. c. ueniens .cl. ii. In hiis autem que ge-  
 sta sunt extra capitulū distingue ut p̄x-  
 ime dixi in alio dubio uniuersitatis zc̄ .  
 In negotio autem ecclesie omnino admit-  
 tuntur extra eo. c. cum nunciis . y mo di-  
 cit Inno. q̄ cogendi sunt ad testimoniu  
 tam p̄ ecclesia q̄ q̄ eā deficientibus aliis  
 probationibus . Aduerte tamē quia quod  
 dicitur q̄ admittantur est uerum in cā  
 ciuili . Secus in criminali . xiiii. q. ii. super  
 prudentia . & illuz tex. all. pro casu nisi  
 forte aliqs de uniuersitate accusaret pre-  
 latum quia tunc quilibet de uniuersitate  
 recipitur ad testimoniu . ii. q. vii. lator  
 extra de elec. c. per inquisitionem . nam  
 par affectio tollit causam suspicionis ita  
 nō . Inno. in dicto . c. cum nunciis .

Florianus .

**P**ER VIRE SPONSO. Ille  
 qui alias non esset testis ydo-  
 neus admittitur in subsidium  
 ad hoc all. Et intellige q̄ con-  
 currere debent duo . i. q̄ inditia precedat  
 & hoc tenuit glo. s̄. de proba. l. cum pro-  
 batio . licet dicat hic q̄ alii aliter & uide  
 omnino quod ibi dixi . Requiritur & se-  
 cunduz q̄ ueritas aliter haberi non possit  
 Plus quidam dixerunt q̄ non est testimo-  
 nium sed indicium unde duo serui istoꝝ  
 faciunt solum indicium non testimoniu  
 Sed hiis uidetur resistere tex. hic in . p̄ .  
 credendum . Rationem autem quare ser-  
 uus non dicitur ydoneus testis collige ex  
 tex. extra de uer. sy. c. forus . §. si .

Florianus .

**N**VITI. Hic enumerat alias  
 personas que inuite non compel-  
 luntur ad testimoniu proferen-  
 dum . Et ad intelligentia huius  
 l. uide extra de testi. cogen. c. dilectorum  
 ubi optima glo. Et pro euidencia p̄mitte  
 q̄ hec . l. potest intelligi dupliciter . V no  
 modo q̄ isti nullo modo cogatur testimo-  
 niu dicere & ita sensit hic glo. Alio mō  
 scdm mar. de fill. v. q̄ non compellantur  
 uenire sed ad domum ipsorum mittatur  
 tabellio & ibi compellantur testificari .  
 ¶ In tex. ibi non cogantur . Ex hoc nō  
 q̄ regulariter possunt testes cogi ad testi-  
 ficandum . de quo dixi . s̄. eo. l. i. ¶ Scdo  
 nō . in . p̄ . & ualitudinariū . q̄ hic uidetur  
 probari mulieres pregnantēs non compel-  
 li ad testimoniu quasi sint ualitudina-  
 rie uel eis similes ut probatur . s̄. si quis  
 cau. l. ii. §. si non propter . ¶ In glo. i.  
 in prin. Pro intelligentia dic q̄ sex sunt  
 etates hominis . Prima etas hominis est  
 infantia usq̄ ad septē annos . l. si infanti  
 . C. de iur. deli. Secunda est ex inde usq̄  
 ad decimum quartum annum que appel-  
 latur pueritia . i. pura nondum ad genera-  
 dum apta . Tercia est adolescentia ad ge-  
 nerandum apta & adulta que porrigit̄  
 usq̄ ad uigesimalū octauuz annū . Quarta  
 est iuuentus firmissima omnium etatum  
 finiēns in quinquagesimo anno . Quinta  
 est etas senioris . i. grauitas que est decli-  
 natio a iuuentute in senectutem non dū  
 senectus sed nec iam iuuentus quia seni-  
 oris etas est que etas a quinquagesimo in-  
 cipiēns septuagesimo terminatur ut hic  
 in glo. Sexta & ultima est senectus que  
 nullo annorum termino finitur . Senium  
 autem est ultima pars senectutis dictuz  
 quia sit terminus sexte etatis & secūduz  
 hanc doctrinam debet intelligi quod nō  
 glo. in . l. hereditatum . j. ad . l. falci. V nū  
 tamen nō . q̄ licet quo ad munera dicat̄  
 senex qui est in septuagesimo anno ut  
 hic dicit glo. que ibi debet intelligi tamē  
 quo ad belluz excusatur qui est quinqu-  
 ginta quinq̄ annorum . Ita nō . glo. in . l.  
 ii. C. de hiis qui non imple. stipen. sacra  
 solu. sunt li. x. Quam nō . pro uxorantib⁹  
 se in illa etate y mo potius contra ipsos q̄  
 semel uni allegauit in tali proposito quia

excusabatur a bello temporali. ¶ In glo  
 fi. ibi ne angustetur facultas. Pro hac rōe  
 facit. C. de naufra. l. quociens. & de sub  
 merfis. l. i. li. xi. Conclude tamen circa  
 hoc. Nam quidam sunt qui repelluntur  
 ex uilitate persone & isti admittuntur  
 in defectuz. s. eo. l. serui. j. eo. l. ob carne  
 §. ii. Idem si repellantur uitio suo ut he  
 refis. C. de here. l. quoniaz. Quidam sunt  
 qui excusantur fauore publico ut magis  
 tratus & isti non excusantur si alia publi  
 ca utilitas suadeat eos admitti et compelli  
 puta in defectum probationis. l. ut gra  
 datiz. §. & si lege. j. de mu. et hono. Qui  
 dam sunt qui excusantur proprio priuile  
 gio ut senex et isti non coguntur ad testi  
 monium. s. ut cogantur uenire coram iudice  
 sed in defectu mittetur tabellio ad  
 domum eorum & ita uidetur intelligen  
 dus iste tex. scdm Mar. filly. & Ia. de  
 butri. eius discipulum. Et sic credo uerz.

Floriantus.

**G**ESTIS. YDONEVS.  
 Pater non testificat pro filio  
 nec econtra. h. d. Et hanc. l.  
 uide declaratam. in. l. qui tes  
 tamento. §. i. j. de testa. Quidam tamen  
 dicunt qd pater potest esse testis pro filio  
 nisi de facto filii querat quia tunc no pos  
 set. ar. l. questu. s. de in ius uocan. & j.  
 de obsequiis. l. licet. §. i. Sed quando de  
 filii facto non queritur licet filius esset p  
 curator in causa pater potest esse testis  
 ar. j. de testa. l. ad testium. in princ. Et  
 sic est differentia inter patrem & filium  
 quia filius potest esse testis in causa in q  
 pater agit procuratorio nomine alterius  
 siue queratur de facto patris siue non si  
 tamen patri nichil queritur. Sed pater no  
 potest esse testis filii etiam in causa quaz  
 agit procuratorio nomine si tamen de fi  
 lii facto queratur. Et in hoc differt et ita  
 debet intelligi lec. Io. posita in dicta. l. q  
 testamento. & in hoc effectuz residz Bar.  
 ibi. Pe. autem indistincte tenuit qd testio  
 nium parentis. s. pro filio non faciat ple  
 nam nec semiplenam fidem nisi in casu  
 s. de proba. etiam. nec ob. l. qui testameto  
 §. i. quia ibi in causa heredis. scdm glo.  
 C. eo. l. parentes. ubi hoc. uide relatuz per  
 Cy. Communis tamen oppy. est Bar. &

Dy. quam supra retuli. Quid autem in  
 emancipato an pater possit esse testis pro  
 illo & uidetur qd sic. ar. j. de fal. l. in pu  
 beri. §. i. j. sed & si emancipato. & hic  
 quidam tenuerunt quos Cy. refert in. d.  
 l. parentes. quia per emancipationem de  
 finit habere ius in eo. Alii uero tenuerunt  
 contrarium per dictam. l. parentes. & qa  
 post emancipationem nichilominus durat  
 affectio. Item quia maior reuerencia est  
 in patre quam in persona domestica que  
 tamen repellitur. C. eo. l. ii. Nec ob. l. im  
 puberi. quia loquitur in scribente testame  
 tum. in quo aliud est quam testificari de  
 quo j. subdam. & hoc Bar tenuit. Quid  
 autem in patre per prelationem ut abate  
 prelato zc. an possit testificari pro subdi  
 to capitulo uel contra. uide casum extra  
 eo. c. cum nunciis. & quod ibi. & ibi di  
 stinguuntur An bona sint distincta ul no  
 Item quid in patre spiritali ut in com  
 patre uel crismante quia tenuit eum in  
 confirmatione. i. in crismate. uel leuauit  
 eum de sacro fonte. dic qd potest testifi  
 cari quia non reperitur testificatio probi  
 bita de uno ad alium ergo zc. Cum hoc  
 edictum sit prohibitorium ut dixi. s. eo.  
 l. i. ¶ Item quid in patre nutritio. ut  
 balio de quo loquitur. l. nutritoribus. C.  
 Coia. de succ. dic qd talis non uidetur ad  
 mitti donec durat domesticitas maxime  
 in graui causa. ar. l. ii. C. eo. quia censet  
 domesticus zc. uerius puto qd attendatur  
 conditio persone & qd eius testimoniu no  
 repellatur licet detrahi possit per no. in  
 simili. s. eo. l. iii. in princ. Or. habetis de  
 claratam primam partem. l. Modo opz  
 uoluere mantellum. ¶ No. demum ex  
 secunda parte qd filius non testificat pro  
 patre qd quidam limitant ueruz si est in  
 potestate Secus si est emancipatus. Idez  
 quidam tenuerunt quos Cy. sequitur in  
 dicta. l. parentis. sed glo. in dicta. l. qui  
 testamento. dicit qd in testamento patris  
 non potest esse testis in distincte. In aliis  
 uero negociis distinguit. An querat ali  
 quid patri uel filio. Et tunc non potest  
 An neutri queratur & tunc potest. Et  
 quod ibi dic de aliis negociis itelligit ibi  
 Ia. de are. non pertinentibus ad patrem  
 ut quia agit pater procuratorio nomine

alterius quo casu distingue ut dixi Sed si negotium est pertinens ad patrem filius indistincte non potest esse testis siue per istud aliquid patri queratur siue no Restat modo declarari an econtra hec .l. habeat locum in emancipato & uidetur q non per .l. impuberi .§. i .j. de fal. et qd ibi no .Dy .j. de autj .tut. l. q dicimus in fi .ubi dicit q filius potest scribere instrumentum patri . Contrarium comuniter tenetur & hoc firmat glo .C .eo .l. parentes . Pro hoc quia emancipat9 debet reuerenciam patri .j. de obse .liberto . & ad contraria responde q loquunt in notario scribente . Est autem aliud scribere . aliud testificari .j. de testa . l. domitius . Ratio est quia notario adhibetur fides ut publica persona ad scribendum de uoluntate utriusq pars ideo cessat suspitio nam etiaz si utraq pars uellet q filius testificaretur ualere eius testimonium . C .eo .l. si quis testibus . Item propter auctoritatem publicam quam habet ab eo qui eum tabellionem creauit eius persona uidetur in hec approbata . l. i .s . de offi . preto . hec est comunis oppy . omnium . Quid in spurio . uidetur admitti quia non dicitur filius p no .s . de proba . l. qui testamentum . Contrarium puto uerum quia inter eum & patrem est naturalis affectio . quod aut naturale est nulla iuris constitutio potest mutari . unde dicit tex . q natura comunis est . l. hos accusare . § . omnibus . j . de accusa . ratione ergo affectionis repellitur facit quod no . Inno . de restitu . c . nonnulli & de exc . p . c . cum uenerabilis . Quid de fratre an pro fratre testis esse possit . uide glo . C .eo .l. parentes . que dicit q sic in civili dummodo non sit in eiusdem potestate de qua questione latius per guil . in spec . de teste . § . i .j . sed numquid frater & tangitur . j . l . proxima . Sed unum no q ubi dictum fratris fratri prodest & nemini nocet ut cum purgat fratrem de heresi tunc tenet eius testimonium tex . est no . de presum . l . litteras per quod potest inferri q frater de crimine inculpat9 potest ducere fratrem contra fiscuz ad probandum quod fecit ad sui defensionem quia per hoc non dicitur nocere fisco qui tractat de lucro penali & odioso & cum

alteri9 iactura ar . eius quod no .j . de fur . l . si is cui . § . i . Huic tamen adde & aliud singulare q Innocentia potest probari p domesticos et cubicularios . Ita spec . in ti . de inquisitione . § . i .j . sed numquid eas . que no . qa replebit uobis bursa . C . Iuxta predicta Quero quid in criminali ca Rnde q coniuictus pro coniuicto indistincte non admittitur intra gradum de quo in . l . lex cor . in princj . j . de iniur . & hoc uoluit tangere glo . in dicta . l . parentes . facit . s . de iuris . om . iud . l . qui iuris dictioni . Ratio est quia per iniuriarum factam coniuicto uidetur & michi aliqua facta iniuria unde tamquam in propria causa sum suspectus dicta . l . lex corn . & ibi no . Pro hoc facit quod dixi post Iabutri . s . eo . l . lege iulia . in fi . No . tamen q coniuictus inter duos equaliter coniuictos utputa unus frater inter duos fratres admittitur etiaz in criminali quia ppter paritatis consanguinitatez cessat suspitio l . non solum . § . i .j . de ritu nup . & . j . de questi . l . extraneo . § . i . fac . C . de questi . l . q placet . ubi seruus interrogatur . inter duos dominos . Et hec est etiam bona conclusio Que omnia notate circa istam paruum legem . C . Florianus .

**M**VLLVS . No . etiam istaz . l . que est ualde utilis . In re propria non potest quis testificari . ad hoc allegat . quod uidetur intelligendum siue sit sua ratione proprietatis siue utilitatis . l . cu miles . s . ex qui . cau . ma . C . No . tex . qui utitur uerbo intelligitur . sed . l . omnib9 . C . eo . que uidetur cum ista concor . dicit facultatem iura sumouerunt Et sic patet q non debet examinari ergo exceptio ad te pertinere commodum uel incommodum ex ea impedit examinationem per illum tex . licet Io . an . extra eo . c . ex parte . aliter dicat ubi tenet contrarium . & ita puto in omni alia exceptione contra personam patet . s . eo . l . lege iulia . ibi ne testimonium dicant & sic resistit principio & . C . eo . l . iurisiurandi . ibi non audiat . & . C . eo . autj . si dicat ubi hec aliqui habent ibi per Bar . C . In glo . illa . ibi secus in secundario . pro hac doctrina arguitur alibi q si un9 ex correis petat prius conueniri illum ad quem



peruenit pecunia q̄ petere potest ubi est  
 casus. s̄. como. unde queritur. & ibi nō.  
 q̄ ad pbandum q̄ ad illum tantū ex eis  
 peruenerit pecunia poterit alium correū  
 producere in testem quia non principali  
 ter in re sua testatur ut hic dicit in glo.  
 ista ar. j. de re. du. l. si quis ita. & .C. de  
 testa. l. ditantibus. ubi post dy. hic firmat  
 Cy. quod nō. quia practicabile multuz et  
 utile. ¶ Ea. ibi q̄ potest esse testis in te  
 stamento. In hoc articulo dicunt quidam  
 q̄ hoc est uerum quando sententia lata  
 contra heredem non perimit legatuz. Se  
 cus si perimeret quia tunc apparet q̄ uti  
 litas pertinet ad testes ideo repellentur.  
 Possent tamē hec glo. simpliciter sustine  
 ri attento q̄ illa utilitas nō uenit ex isto  
 processu nec habet necessariam consequen  
 tiam. Nam non sequitur si ualet heredis  
 institutio ergo & legatum ar. j. de dote.  
 prele. l. theopompus. & ita uidetur decla  
 rare glo. in. l. oibus. C. eo. ex qua sumpsi  
 istam saluationem. Ex qua colligo q̄ ex  
 ceptio contra testem debet esse certa non  
 pariter se habere ad esse & non esse. Sed  
 aduerte q̄ Bar. alibi dixit q̄ licet hoc nō  
 sequatur ualet heredis institutio ergo &  
 legatuz tamen bene sequitur si non ualz  
 testamentum ergo nec legatum in eo re  
 lictum ergo legatariis interest saltim se  
 cundario. preterea legatarii possunt appel  
 lare. l. a sentetia. & .l. plusorio. de appel.  
 & .l. si suspecta. s̄. de in offi testa. & itē  
 dicit q̄ ideo admittitur is cuius secunda  
 rio interest quia ibi reperitur magnus nu  
 merus testiuuz qui ibi requiruntur & ideo  
 si esset testamentum q̄ probaretur per du  
 os testes tantū ut. l. hac. consultissima. &  
 ex imperfecto. C. de test. non putat isto  
 casu q̄ legatarii admitterentur al' de fa  
 cili posset excogitari magna fraus. Or. te  
 nete menti istam limitationem quia pul  
 chram. & habet auctorem. ¶ Ea. glo.  
 ibi nisi tunc quando non tenent. de euic  
 tione. quidam tenuerunt contrarium ex  
 eo quia secundum hoc posset excogitari  
 fraus. s̄. q̄ uenditor semper uendat rem  
 cum pacto q̄ de euictione non teneatur  
 ut sic possit esse testis in causa eius qui  
 nullo modo habet ab eo causam. z hoc te  
 nuit Mar. silly. & butri. ita refert. C. eo

l. in omnibus. quasi dicat q̄ siue de euic  
 tione teneatur siue non repellatur quia te  
 stificatur de eo quod tangit ius uel factū  
 suum nam & profoneta repellitur ratioe  
 affectionis in aut. de testi. in. §. an penl.  
 ita uolunt Cy. & doc. in dicta. l. in cib9  
 & Gull. in. l. in heredi. in princ9 s̄. de  
 pac. Ex hiis infertur ad questionē quot  
 tidianam si habens vnum testem tantum  
 cessit iura ex causa donationis hoc acto  
 q̄ de euictioe non teneatur & sic ipse ce  
 dens sit alius testis an poterit testificari  
 q̄ uidetur ex quo de euictione non tenet  
 per hanc glo. Et hoc tenuit odoff. q̄ ad  
 mittatur nisi tamquam legalior persona  
 citetur q̄ ueniat ad respondendum nam  
 tunc sit pars. i. principalis. & repellitur.  
 s̄. de procur. l. si actor. Communis tamē  
 oppy. est q̄ nullo modo testificari possit  
 per rationem predictam. s̄. affectionis. p  
 hoc etiaz facit. s̄. ne uis fiat ei. l. i. & hoc  
 sequitur Cy. in dicta. l. omnibus. et guil.  
 in. l. heredes. §. nos autem. s̄. de pac. de  
 quo plenius uide in spec. de procur. §. se  
 quitur. in. fi. Et eadem ratione dicunt  
 doct. q̄ donator non possit esse testis do  
 natarii in causa rei donate. Adde quid  
 in creditore an possit esse testis in causa  
 debitoris sui. et uidetur q̄ non quia credi  
 toris interest habere debitorem locupletē  
 ergo zc. Contrarium tenuit butri. ar. s̄.  
 de proc. l. non solum. §. queritur. ibi nec  
 illis uerbis ad quem ea res pertinet credi  
 tores contineri. zc. Sed pro prima parte  
 facit. l. ab executore. §. i. in. fi. j. de apel.  
 coniuncta glo. in. l. ii. §. sed si alius. j. q̄  
 appel. sit Adde etiam quid in fideiussore  
 utrum possit esse testis in causa eius pro  
 quo fideiussit Bar. dubitauit in dicta. l.  
 omnib9 per. l. a sentetia. de appel. Cy. te  
 tigit. j. del. i. l. si cui. leget. §. fi. in spec.  
 in. ti. de teste. §. i. s̄. sed numquid fide  
 iussor. Et terminauit Aut principal' est  
 soluendo Aut non per. l. itaq. j. de furt.  
 Primo casu cessat suspitio. Secundo nō.  
 Quid autem in procuratore ul' aduocato  
 dic ut. j. dicam in. l. fi. ¶ Ea glo. in. fi.  
 Melius quo ad hoc dic ut ibi nō. s̄. q̄ ali  
 ud in causa finiuit. Aliud in causa euicti  
 onis. Et ratio est ibi quia cum quilibz ha  
 beat causam a uenditure parem uidetur

habere affectionem ad utrumque nam quod  
 uni litigantium auferretur alteri applicatur  
 & ideo tollit suspitio ar. j. de ritu. nup.  
 l. penul. §. i. que ratio cessat in causa euic-  
 tionis scdm Tho. de for. hic & Pe in. d.  
 l. om. ibus. ¶ Ultimo restat dubium an  
 socius in causa socii admittatur de quo te-  
 stigat glo. & Cy. C. eo. l. quoniam. Circa  
 quod dic qd si sunt socii ex conuentione  
 ita qd omne lucrum & dampnum sit cce  
 non potest unus testificari pro alio. Sed  
 si sui t socii re ipsa. i. quando occurrit coio  
 in re dixit Ia. de are. si est utriusq eade  
 causa defensionis non potest testificari  
 al secus ar. j. de appe. l. si quis sepratiq  
 uel potes clariis concludere. i. qd si est  
 quettio de iure indiuisibili ut seruitute  
 non potest tunc unus pro alio testificari  
 quia tangit utrumq forte predium. s. de  
 neg. g. l. qui aliena. in fi. Si de diuisi. l. i.  
 & contendit de sola parte consortis tuc  
 si contenditur necum ut quia duo puo-  
 cant me ad diuisionem quorum quilibet  
 dicit partem ad se pertinere non possum  
 testificari quia reus sed si inter ipsos do-  
 minos est contentio ita qd non sim pars  
 iudicii nec interest mea tunc possum. ces-  
 sant eniz omnes rationes prohibentes ex  
 quo nullum commodum ex hoc reporto  
 Or. ista etiam sufficiant uobis in hac. l.  
 Et ea notate quia sunt quotidiana &  
 utilia.

Florianus

**DE FIDEM REI.** Non  
 est regulariter necessarium qd  
 testis ad actum adhibitus sit  
 rogatus. b. d. ¶ In glo. una  
 ibi in testamento zc. Vtrum autem in  
 eo descripti presumanr rogati dic ut no.  
 C. de testa. l. hac consultissima. §. penul.  
 & per Bar. de uer. obi. l. sciendum. Item  
 an idem in codicillis requiratur. i. qd sine  
 rogati dic ut. l. fi. in fi. C. de codicil. ¶  
 Ea ibi licet hoc non bene apperiat. y mo-  
 nullo modo. vnde iste casus communiter  
 no tenetur. nec placuit pe. ut refert Cy.  
 in dicta aut. rogati. hic in fi. all. ¶ Ea  
 ibi Alii tamen dicunt per dicta aut. zc.  
 & male scdm omnes. ¶ Florianus

**DE BINUMERVS.** Plalis  
 locutio uerificatur ex duobus  
 b. d. Ibi duorum numero. &

illum numeruz. ad sui uerificationem ne-  
 cessario requirit. l. si. ad trel. ¶ Flo.

**DE VESIT VM.** Id quod ob-  
 mittitur a lege suppletur a iu-  
 dice ad hoc allr. Ibi sed neq  
 Hic primo allegat qd possint  
 ibi veritamen. Hic ponitur soluto questi-  
 onis cum responsione ad rationem supra  
 all. in oppositum. ¶ No. ergo qd causa  
 euitande absurditatis debet fieri estensio  
 legis ad casum in ea non expressum ha-  
 bentem similem rationem. Et ad hoc allr  
 multociens Bar. hanc. l. ad materiaz sta-  
 tuti. ¶ Secundo no. qd ne ius publicum  
 ledatur infames ex offitio iudicis a testi-  
 monio repelluntur et sic iudex supplet sic  
 s. de postula. l. quos prohibet. & ibi no.  
 per glo. & j. de magi. conue. l. i. §. si pre-  
 ses. el. ii. & ibi etiam alia glo. Et ex hoc  
 sume doctrinam qd iudex supplere potest  
 ex offitio etiam parte non opponente ubi  
 cumq ius publicum ledatur de quo no.  
 in. l. i. C. ut que desunt adao. parti. Et  
 idem dic ubicumq potest procedi lite no  
 contestata nam & tunc iudex supplet d  
 facto. Ita no. Inno. de arcus. c. ueniens.  
 & Bar. tangit in. l. iiii. §. hoc autem. de  
 damp. infec. Aliquid etiam in. §. ad cri-  
 men. de publi. iudi. facit etiam quod no.  
 per glo. in. l. ampliore. C. de appel. que  
 dicit qd est speciale qd tamen non est ue-  
 rum quia communiter reprenditur. al.  
 autem ubi hec non concurrant nec offen-  
 datur ius publicum sed priuatum pars  
 debet excipere. C. eo. l. si quis testibus. &  
 aut. si dicatur. ¶ Denum circa hanc  
 l. dubitatur quid faciat statutuz qd testes  
 recipiantur sub aliquo crimine ut adulte-  
 rio zc. infamia non obstante an infames  
 admittantur ad probandum adminiculū  
 puta in casu proposito ad probandū ma-  
 trimonium sine quo non est adulterium  
 dic qd non quia licet requiratur qd uiolen-  
 tum matrimonium tamen in matrimonio  
 non consistit crimen sed in ipsa commi-  
 sione und ipse actus comissionis tantuz  
 probabit per infames sed non matrimo-  
 nium uel alia adminicula ita dicit no.  
 Bar. in. l. in questionib. j. ad. l. iul. ma.  
 & allr ad hoc extra de simo. e. per tuas  
 quod est no. ¶ In tex. ibi obmissum. i.

specialiter non declaratum. ¶ In glo. fi. in fi. ibi. l. nullum. & ibi uide casum singularē coniuncta prima glo. quo clericus delinquendo in iudicio se astringit foro iudicis laici quod est nō. An tamen sit uerum dic ut ibi. Florianus.

**IN** CIO QUIDEM. Dampnatus de publico crimine est inhabilis ad testimonium ferendum. h. d. cum prin. l. se.

¶ Nō. ergo dampnatum de adulterio siue sit laicus siue clericus ad modo non posse esse testez in aliqua causa. Secus autem si esset adulter uel homicida nondū condempnatus nam scdm. l. nullum crimen repellit testē non lata sententia nisi prius ut nō. s. de infam. l. luti. & est casus extra eo. c. testimonium. quod intellige quando opponitur crimen tantum. Secus autem si opponatur crimen cum infamia facti quo casu dic ut nō. s. de senatoribus. l. cassius. & c. de sum. tri. & fide catho. l. i. & scripsi in. l. iii. in prin. s. eo. quia tamen homicida uel aliud graue delictum committens p hoc efficitur uilis persona. C. ubi sena. ul. clarif. l. i. forte in graui facto non debebunt recipi sine tormentis per nō. in. l. lege iulia. & l. serui. s. eo. ubi uiles persone torquetur zc.

¶ In glo. cum ad huc non sit zc. in fi. ibi. l. quamuis. sed tunc nō repellitur ga donata sed quia mulier. ut. j. de test. qui testamenta & nō. j. eo. l. ex eo. ¶ Flo.

¶ HERMOFRONDITVS. Participans in utroq; sexu. iudicatur scdm illum in quo magis participat. h. d. uel sic et subtilius. Oppositum ex oppositis iudicatur in eo quod plus potest. h. d. concor. l. hermafroditia. s. de sta. hom. ¶ Ibi ostendit. intellige scdm. l. ex eo. j. eo. que hic ponit exempluz ut uides Sic ergo nō q magis potens trahit ad se minus potens & sic facit ad questionem de ciuitate unita ciuitati uel de castro castro unito uel ciuitati. s. q magis potens trahit ad se minus potens et facit illud regulari secundum se de quo per guil. et Bar. in. l. si conuenerit el. ii. s. de pigno. actio. §. i. tangitur etiam per Bar. C. de metropo. liber. l. i. li. x. facit glo. nō. extra de sede uacan. c. i. que clarius est in materia &

uide ipsam. ¶ Item nō ex hac. l. argumentum q si idem collegium sit ex clericis & laicis q dicatur collegium clericorū ul laicorum scdm q plures ibi inueniant quia a maiori parte numeri iudicatur res. Item etiam facit ad statutum disponens q femina non succedat extantib; masculis. Quid de hermafroditia satis declaratur hic. uel collige ex isto. §. & ex. l. q ritur hermafroditia. s. de statu homi.

Florianus.

**Q**UI FALSA. Testis falsarius uel uacillans uel secreta reuelans est per iudicem puniendus. h. d. Or notabitis illa

tria. ¶ Nō. ergo q falsitas uel uariatio in teste repellit eius dictum & facit euz puniri q intellige quando ista falsitas ul uarietas contingit super circumstantiis q tangunt negotiuz principale. in aliis autem secus ita dicit nō. Guil. in spec. de teste. §. i. j. Item q aliud. & hoc dictuz didici a lo. an. in nouel. Item non debet intelligi ista. l. de uarietate testimonii inter unum testem & alium quia illa reducitur ad concordiam uel statum dignioribus. j. eo. l. ob carmen. §. fi. Sed debet intelligi q testimonia unius & eiusdem testis erant inter se diuersa & uaria quo casu loquitur ista. l. & l. eos. j. de fal. ¶ Demum nō. q testis qui falsum admiscet repellitur in totum ratio est quia dictuz testis fundatur super indiuiduis. s. super iuramento & ex quo eliditur iuramentū nullo modo ualet dictum. ¶ Item nō. q testis reuellans dictum suum secretuz añ publicationē debet puniri facit. j. de pe. l. si quis aliquid. §. instrumenta. Et per hunc tex. fit preceptum testibus ne ante publicationem reuelent dictum suum. Vtrum autem possint dictum suum corrigere qualiter & quando uide quod nō. Innoq. extra de testi. cogen. c. preterea. ante fi. & quod nō. glo. in autj. de testi. §. quia uero. in glo. magna ubi hec qstio Et Bar. tangit in dicta. l. eos. de fal. sed non ita plene. ¶ In glo. i. in fi. Quado testis dicatur uariare. titubare. & uacillare. tangitur etiam per Bar. in dicta. l. eos & per Inno. clarius in dicto. c. preterea. qd declarauit. s. eo. l. ii. ubi omnino uide

**C**In glo. iiii. ibi. l. eos qui. Et aduerte  
 q̄ per illam. l. in. ii. responso. consuluit  
 ibi Bar. q̄ coram testibus extra iudiciuz  
 interrogetur testis quid fecit de illo nego  
 tio ut sic si aliud postea dixerit in iudi  
 cio puniatur de falso. pro cuius dicto ui  
 detur facere glo. ordi. extra de p̄sump. c.  
 litteras. licet ad illam posset responderi  
 q̄ ibi est speciale in causa matrimoniali  
 ita loquatur illa glo. Sed contrarium au  
 diui al fuisse consultuz per glo. extra eo.  
 c. cum causam que inter. & per tex. in. c.  
 i. de contentio. inter dominum et uasallu  
 de inuesti. feu. & in. c. i. si de inuesti. inter  
 dominum & uasal. l. s. oria. que tamen iu  
 ra non uidentur multum facere. Sed ne  
 lius facit tex. in. c. i. quid si de inuesti. &  
 ibi Bal. inducit illum tex. ad hoc que no  
